καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν συνανέστησεν αὐτῷ τοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ νενεκρωμένους ἡμᾶς, καὶ τὸ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων κράτος κατέλυσε. Διὰ τοῦτο μέχρι τῆς πεντηκοστῆς εἰς γῆν οὐ κλινόμεθα e) προσευχόμενοι, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ψάλλοντες· αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσον, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν. f) Ἐν δὲ πυρίναις γλώσσαις τοῦ πνεύματος θεοπρεπῶς ἐπιφανέντος ἡμῖν γόνυ κάμπτομεν, τὴν θέαν οὐ φέροντες, καὶ δηλοῦντες, ὅτι διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐν Τριάδι τελείαν προσκύνησιν μεμαθή-

neam perpeſſionem ſuſtinuerat & reſurrexerat ex mortuis, nos, peccato morti traditos, ſecum reſurgere fecit, ac Diaboli dæmonumque robur fregit. Propterea usque ad Pentecoſtes feſtum in terra genibus non procumbimus, ubi precamur, aut contra hoſtes noſtros canimus: *ipſi impediti ſunt, & ceciderunt, nos vero reſurreximus, & erecti ſtamus.* Ubi vero Spiritus per igneas lingvas, ut Deum decet, nobis apparet, genu flectimus, tanquam adſpectum non ferentes, & ſignificantes, quod per Spiritum perfectam Trinitatis adorationem

e) οὐ κλινόμεθα] hunc orantium geſtum una voce γονυκλισίαν appellant veteris Eccleſiæ doctores, ex quibus ritum iſtum, tempore inter Paſcha & Pentecoſten interjecto, non receptum fuiſſe, probat *Suicerus* in Theſauro Eccleſiaſt. Tom. I. p. 775. Rationem inſtituti hic allatam alibi me obſervare non memini.

f) vide *Pſalm* XX. 3.

θήκαμεν. Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. g)

Σευήρου Γαβαλ. *)

Εν τοίνυν ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς ἐδόθη νόμος, Θεοῦ φανέντος καὶ νομοθετήσαντος, καὶ Μωυσέως τὰς πλάκας δεξαμένου. Εδει οὖν καθ' ἣν ἡμέραν ἐδόθη ὁ παλαιὸς νόμος, κατ' αὐτὴν δοθῆναι καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, ἵνα καὶ ἡ αὐθεντεία τοῦ πνεύματος δειχθῇ, καὶ Θεοῦ ἐπιφάνεια ἑρμηνευθῇ, καὶ δειχθῇ ἀδιαίρετος ἡ φύσις τῆς θεϊκῆς ὑποστάσεως ἐν παλαιᾷ καὶ νέᾳ, καὶ διαφόροις χρόνοις μίαν ἐργαζομένη τὴν συμφωνί-

didicimus. *Deus* enim *Spiritus est, & eos, qui ipsum adoraturi sunt, in Spiritu & veritate ipsum adorare oportet.*

Severi Gabal.

Die itaque Pentecostes data est Lex, quando Deus apparebat & Legem ferebat, Moses autem recipiebat tabulas. Quo autem die vetus Lex tradita erat, eodem decebat quoque & Spiritus gratiam conferri, ut & divina Spiritus auctoritas demonstraretur, & Dei adventus fieret manifestus, & indivisa in Veteri & Novo Testamento divinæ hypostaseos natura, quæ diversis temporibus perpetuam oracu-

αν

g) *Joh.* IV. 24.

*) Σευήρου] Legendum est Σευηριανοῦ, quod nomen est *Gabalensis* illius in Syria Episcopi, quodque illi in sequentibus passim tribuitur. Fortasse tamen vere hic locus Severi Antiocheni est, cum quo nostrum hunc frequenter confundi, eruditi pridem monuerunt.

αν τῶν θείων λόγων. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σωτὴρ μέλλων ἐπιτελεῖν τὸ ἅγιον πάθος, οὐκ ἠνδέχετο ἄλλῳ καιρῷ ἑαυτὸν ἐνδοῦναι τῷ πάθει, ἀλλὰ καθ' ὃν καιρὸν ἐθύετο τὸ πρόβατον, ἵνα αὐτῷ τῷ τύπῳ συνάψῃ τὴν ἀλήθειαν· οὕτως καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησις οὐκ ἠνέσχετο ἄλλῳ καιρῷ δοθῆναι, ἢ καθ' ὃν καιρὸν ἐδόθη νόμος, ἵνα δειχθῇ, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τότε ἐνομοθέτησε καὶ νῦν νομοθετεῖ.

lorum divinorum consensionem efficeret, proderetur. Qvemadmodum enim Servator, sanctissima passione perfuncturus, non alio tempore se ipsum exponere cruciatibus volebat, quam quo ovis mactabatur, ut cum typo veritatem conjungeret; ita & Spiritus Sancti effusio noluit alio tempore fieri, quam quo Lex data est, ut appareret, quod Spiritus Sanctus & tunc Legem dederit, & adhuc det.

Σευήρου τοῦ Ἐπισκ. Ἀπολόγ. h) μη. ϛ. ʹβ.

Ἐξ οὐρανοῦ μὲν ἵνα παραστήσῃ σαφῶς ὡς οὐρα-

Severi Episcopi ex Orat. XLVIII. v. 2.

Ex cælo quidem ut manifestum faceret,

G νόθεν

h) Ἀπολόγ.] ita in MS. ac si legendum foret ἀπολόγῳ i. e. in *apologo*, vel ἀπολογητικῷ in *Apologetico*. Cum vero sub Apologi titulo nullum alias Severi scriptum memoretur; ἀπολογητικοὶ autem, si ita legendum videatur, plures, ad centum & sexaginta memorentur, (quot numero apologias ab eo profectas quis crediderit?) non præter rem vox illa separatur, legiturque ἀπὸ λόγου

νόθεν θεϊκῶς ἡ τοῦ πνεύματος κάθοδος γέγονε, πνοῆς δὲ ὥσπερ φερομένης βιαίας, ὅτι τοὺς ὑποδεξομένους τῆς υἱοθεσίας τὴν χάριν, βιαστὰς i) ἤμελλεν ἀποτελεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἐπλήρου δὲ τὸν οἶκον ὅλον, ἵν᾽ ἡ δωρεὰ διδομένη δειχθῇ μὴ μερικῶς οὖσιν, ἀλλ᾽ ὅλῳ τῷ τῆς ἐκκλησίας πληρώματι. Γλῶσσαι ὑπῆρχον ὀφθεῖσαι πυρὸς, τοσοῦτον εἶναι δηλοῦσαι τὸ μέσον τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας, καὶ τῆς καινῆς, ὅσον ἐνάρθρου λόγου διὰ γλώττης ἐκφερομένου, καὶ ἀσήμων σαλπίγγων ἦχος. Καὶ ἐκεῖ μὲν ὡς ἐν ἀστραπῇ ἀεὶ τὸ πῦρ αὐ-

Spiritus descensum e cœlo, atque adeo divi nitus factum esse: id que fiebat instar *vent violente flantis*, quia eos qui gratiam filiationi recepturi erant, tale erat effecturus, qui re gno cœlorum vim in ferrent. *Implebat ver domum totam*, ut grati concessa ostende retur non aliquibu tantum, sed toti Eccle siæ cœtui. Lingvæ appa rebant ignitæ, indica turæ, tantum discrimi nis intercedere inter Vetus & Novum Testa- mentum, quantum est inter sermonem lin- gva articulata editum, & inter sonum buccinæ incertum. Atque ibi quidem ignis eos quasi

τοὺς

i. e. *ex Sermone*, qui hic memoratur XLVIII. Plures allegatos videbis ejusmodi sermones in Catalogo Biblioth. Coislinianæ Cl. Montfauconii p. 53. sq. & alibi passim, & in sequentibus Catenæ nostræ fragmentis, ubi & frequentissime genuina scriptio ἀπὸ λόγου occurrit.

i) βιαστὰς] alludit ad Matth. XI. 12.

τοὺς παρέτρεχεν· ἐνταῦθα δὲ αἱ τοῦ πυρὸς γλῶσσαι τοῖς Ἀποστόλοις ἐπεκαθέστησαν. k) Καὶ παραχρῆμα πλήρεις l) ἦσαν τοῦ πνεύματος, τὰ θεῖα πλημμυροῦντος νάματα, καὶ ἐγκαθημένην ἔχοντες οὐ παροδεύουσαν τὴν φλόγα τῆς χάριτος καὶ τὰς γλώσσας αὐτῶν πρὸς πᾶν εἶδος διαλέκτου στομώσασαν, οὐ σκότῳ καὶ γνόφῳ καλυπτομένην, ἀλλ' ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας ἐκλάμψασαν, καὶ τοῦτο εἰς ἔνδειξιν τοῦ διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνδημίας πεφανερῶσθαι λαμπρῶς ὡς ἐν ἡμέρᾳ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον.

inſtar fulguris ſemper prætervolabat; hic vero lingvæ ignitæ in Apoſtolis conſidebant. Et illico pleni erant Spiritu, divinis rivis exundante, atque inſidentem ſibi habebant, non tranſeuntem flammam gratiæ, quæ lingvas ipſorum ad omne dialecti genꝰ acuebat, tenebris & caligine non operta, ſed hora diei tertia elucens, eo quidem fine, ut per Spiritus Sancti adventum manifeſtum, tanquam in die, fieret Trinitatis myſterium.

Σευήρου ς. γ.

Καὶ ὤφθησαν] Οὐκ εἶπε πυρὸς, ἀλλ' ὡσεὶ πυ-

Severi v. 3.

Et viſæ ſunt] Non dixit *ignis*, ſed *quaſi ignis:*

k) ἐπεκαθέστησαν] forte ex Act. II. 3. legendum ἐπεκάθισαν, niſi, quod malim, explicationis cauſa hæc vox adhibita ſit.

l) πλήρεις] ita ſcripſi, pro πλήρης; quod librarius, pronunciatione deceptus, exaraverat.

ρός. ου γαρ ἦν πῦρ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ πῦρ ἐνομίζετο, ὃ ἐφαίνετο. Διὰ τί δὲ τὸ πῦρ τοῦ πνεύματος πρόδρομον εἰς φόβον ἐγεῖρον τοὺς ἀπὸ κ. τ. λ. m)

Σευηριανοῦ Γαβαλ. ϛ. ζ.

Ενενόουν πρὸς ἀλλήλους λέγοντες πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν· Ουκ ἰδοὺ πάντες οἱ λαλοῦντές εισι Γαλιλαῖοι· Εγνωρίζοντο γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος, n) καὶ ἀπὸ τῆς λαλιᾶς τῆς πρώτης. o) Καὶ μετ' ὀλίγον δεκαπέντε δὲ γλωσσῶν ἔλαβον τέως χαρίσματα ἴση πρὸς τοὺς παρόντας. Τίς γὰρ ἂν χρεία Περσικῆς γλώττης μὴ παρόντων

neque enim, quod v[...] debatur, ignis erat, se[...] pro igne habetatu[...] Cur vero ignem Spiri[...] tus præcurſorem eſ[...] voluit, qui alioquin i[...] timorem conjicit &c.

Severiani Gabal. v. 7.

Meditabantur inte[...] ſe illi, qui erant, e[...] gentibus, dicentes Nonne, ecce! omnes il[...] li loquentes ſunt Gali[...] læi? Innotuerant enim illis tum ex Servatore tum, ex dialecto, qu[...] autea uſi erant. E[...] mox quindecim lingva[...] rum quæ ſcilicet quo[...] ad præſentes ſufficie[...] bant, facultate gratio[...] ſe inſtruebantur. Quid enim opus erat Perſica[...]

m) hic folii integri jactura orationis filum abruperat.

n) Σωτῆρος] in cujus ſcilicet conſortio fuerant.

o) λαλιας τῆς πρώτης] qua ſcilicet olim in familiari conſvetudine uſi erant. Conſtat vero vel ex Matth. XXVI. 7. Galilæos patriam ſuam loquendi ratione facile prodidiſſe. Confer *Jo. Lightfooti* Centur. Chorograph. p. 156. & *Buxtorfii* Lexicon Talmudic. p. 435. & 2417.

ρόντων Περσῶν. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς πολέμοις πᾶσα μηχανὴ κατασκευάζεται καὶ πᾶσα μαγγανεία, ἕκαστον δὲ τούτων ἐνεργεῖ πρὸς τὴν χρείαν καὶ τὴν ἀνάγκην τὴν καταλαβοῦσαν, οὕτως τοσαῦται γλῶσσαι ἐφάνησαν τότε, ὅσαι ἦσαν καὶ τῶν ἐθνῶν ἀπαρχαί· διὰ τί δεκαπέντε γλωσσῶν ἀπαρχαί; ἵνα καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς Τριάδος φανῇ καὶ ὑπηρέται οἱ δώδεκα· καὶ πρόσεχε, παρακαλῶ, ἐν τῇ τῶν θαυμάτων φανερώσει συνεισῆγον οἱ Ἀπόστολοι καὶ τὸ κήρυγμα εὐτελὲς τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἀπὸ τοῦ φαινομένου ἐνδόξου ἀναιρεθῇ μὲν τὰ τῆς εὐτελοῦς ὑπονοίας· ὑποφαίνεται γὰρ κατὰ μέρος καὶ οἰκονομεῖται ἡ τοῦ σταυροῦ χάρις, καὶ τὰ γινόμενα ἀντιμαρτυρήσει ταῖς τῶν πολλῶν ὑπονοίαις, ὅτι ἄλλο τὸ νομιζόμενον, καὶ ἄλλο τὸ ἐνεργοῦν· οἷον ἐλάλουν οἱ

lingva, cum Perſæ non adeſſent? At ſicut in bellis omnis generis inſtrumenta & machinæ adornantur, quarum ſingulæ, prout occaſio & uſus fert, adhibentur; ita tot lingvæ tunc ſe exſerebant, quot aderant ex gentibus primitiæ. Cur vero lingvarũ quindecim primitiæ edebantur? ideo ut & Trinitatis operatio & miniſtri duodecim repræſentarentur. Et attende, quæſo, quam arcte Apoſtoli cum miraculis editis prædicationem crucis exilem conjunxerint, ut leves hominũ eorum, ſuſpiciones quæ videbantur, honorifico ſplendore tollerentur. Ex parte enim ſubindicabatur & diſpenſabatur gratia crucis, &, quæ fiebant, teſtimonium dicebant contra multorum ſuſpiciones, quod ſcilicet aliud ex-

Ἀπόστολοι· Ταύτην τὴν χάριν, ἣν ἐλάβομεν διὰ τὸν παθόντα, τὸν σταυρωθέντα, τὸν οὐρανοῦ δεσπότην, καὶ οὐκ ἐδόκουν ἐναντία λέγειν· Αὕτη γὰρ ἡ γλῶσσα παροῦσα ἔλυσε τὴν ὑποψίαν καὶ ἐβεβαίου τὸ κήρυγμα. Ἐλάλουν οὖν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἦν ἰδεῖν τὸν Γαλιλαῖον Πέτρον ῥωμαϊστὶ λαλοῦντα, γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἔμαθε, ἵνα πληρωθῇ καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, γλῶσσαν, p) ἣν οὐκ ἔγνω, ἤκουσεν· Οἰκονομεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ ᾖ στάσις ἐν τοῖς Ἀποστόλοις, τὸ ποῦ δεῖ ἕκαστον ἀπελθεῖν,

terne videretur, aliud vero operaretur. Ita enim loquebantur Apostoli: hæc est gratia, quam per eum nacti sumus, qui passus & crucifixus est, cœli Dominum: neque videbantur res loqui se invicem evertentes. Lingva enim, quæ aderat, omnem suspicionem removebat, & confirmabat præconium. Loquebantur itaque magnalia Dei. Videre hic licebat Petrum Latine loquentem, adeoque lingvam, quam non didicerat, ut impleretur & vetus illud, cum exiret populus ex terra Ægypti: lingvam, quam non noverat, audivit. Spiritus vero Sanctus disponebat omnia, ne contentio esset inter Apostolos, quo unumquemque ire oporte-

καὶ

p) γλῶσσαν] alludit ad Deuteron. XXVIII. 49.

καὶ δίδοται ἑκάστῳ γλῶσσα καθάπερ κανών. Ῥωμαϊστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Ῥώμην. Περσιστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Περσίδα. Καὶ ὥσπερ ἡ χειροτονία ἡ ἱερατικὴ μηνύει τῷ χειροτονουμένῳ τὸ ἀξίωμα, εἴτε διάκονος, εἴτε πρεσβύτερος, εἴτε ἐπίσκοπος, καὶ οὐ δύναται ἐκφωνηθεῖσαν αὐτῷ κήρυξιν ἁρπάσαι ἑαυτῷ ἄλλο ἀξίωμα, οὕτως καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἐκ τῆς γλώσσης ἔλαβον τὸν κανόνα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἐχρῆν αὐτοὺς, ἐν ὅσῳ ἀπήεσαν εἰς τὴν Ῥώμην, διέρχεσθαι διὰ πολλῶν ἐθνῶν, ἐλάμβανον ὡς παραβοηθοὺς ἄλλας γλώσσας, τὴν πρώτην ἀπὸ χειροτονίας ἔχοντες. Εὑρίσκεται γὰρ ἕκαστος τῶν Ἀποστόλων καὶ διαφόραις γλώσσαις λαλῶν, ἐπειδὴ καὶ διὰ πολλῶν παρήεσαν ἐθνῶν, ὡς λέγει Παῦλος· q)

ret, atque hunc in finem inſtar canonis ſua cuiqve lingva donatur. Tu v. c. Latine loqveris, abi ergo Romam: tu Perſice loqueris; abi in Perſiam. Et ſicut ordinatio Eccleſiaſtica homini delecto ſuam vel Diaconi, vel Presbyteri, vel Epiſcopi dignitatem indicat, neque poteſt, facta hac declaratione, alium ſibi titulum vindicare; ita & Apoſtoli cum lingvæ dono canonem ſuum acceperunt. Qvoniam vero eosdem, Romam profecturos, per multas gentes tranſire oportebat, in ſubſidium advocarunt alias qvoqve lingvas, poſtquam primam illam inde ab ipſa ordinatione acceperant. Unusqvisq; enim Apoſtolorum etiam diverſis lingvis locutus

q) 1. Cor. XIV, 18.

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶ. Ἐλάλησε ῥωμαϊςὶ Πέτρος, καὶ ἐκηρύττετο αὐτῷ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή· Καὶ ἦν κανὼν καὶ ὅρος, ὅτι σὸν ἀφώρισαι. ὗτος ἐξέλθοι εἰς τὴν ἀνατολὴν, ὗτος εἰς τὴν δύσιν, καὶ καταλαμπέτω τὰ Ἑσπέρια μέρη, ὗτος τὰ βόρεια, ὗτος τὰ νότια. Καὶ ἐσκορπίζοντο οἱ κήρυκες ὡς ἀστραπαὶ ἀθρόως πηδῶσαι, καθὼς εἴρηται περὶ αὐτῶν διὰ τῆς προφητικῆς γλώσσης· Ἔφαναν r) αἱ ἀστραπαί σου τὴν οἰκυμένην, εἶδε καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Καὶ μὲν ἀστραπὴ ὐ σαλεύει γῆν, ἀλλὰ

deprehenditur, qvia multas pervagati sunt gentes, ut Paulus inqvit: *Gratias ago Deo, quod magis, quam vos omnes, lingvis loqvor.* Petrus locutus est Latine, & ab eo Romanum imperium verbi præconium audiit. Atque hujusmodi canon erat & præscriptio, qva suum cuiqve adsignabatur. Hic v. c. proficiscetur in Orientem, ille in Occidentem, ut partes mũdi occidentales illustret, iste in Septentrionem, ille versus Austrum. Et sic dispersi sunt præcones instar fulguris confertim volitantis, qvod & Prophetarum voces de iis prænunciarunt: *Illuxerunt fulgura tua orbi,*

r) ἔφαναν] ita scripsi pro ἔφεναν, quemadmodum & pro τὴν οἰκυμένην rectius legetur τῇ οἰκυμένῃ, quod & habent hodierni Codices τῶν LXX. Psalm LXXVII. 18. quem hic noster indicat.

ἀλλὰ σεισμός· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ κήρυγμα τῶν Αποστόλων ἠλευθέρωσε τὰ ἔθνη, ὡς πρὸς καινοτομίαν ἀγανακτοῦντα, εἶδε καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ· καὶ πῶς ἐσαλεύετο; ὅτε εἰσῆλθε Παῦλος εἰς Μακεδονίαν, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Ηρξαντο γὰρ οἱ Ελληνες λέγειν, ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστήσαντες οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισι. s) Ταῦτα δὲ τύπος ἡμῖν ἐγένετο, ἵνα μηδέποτε ἀκούων ὕβρεως λόγον λυπηθῇς. οὐδὲν γὰρ λέγεται ξένον, οἱ οἰκοφθόροι χριστιανοὶ, οἱ ἀνασεισταί. Ταῦτα περὶ τῶν φωστήρων ἐκείνων ἐλέχθη. Γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί· οὐ λείπει φθόνος τῇ ἀρετῇ· οὐ λείπει τῇ τοῦ

vidit & commota est terra. Et fulgura qvidem terram non concutiunt, sed motus terræ. Interim qvoniam præconium Apostolorum gentes liberavit, tanqvam res illas novas indigne ferentes, vidit & commota est terra. Qvomodo vero commota est? Paulo sane Macedoniam ingresso mota est. Gentiles enim cœperunt dicere; *illi, qui orbem commovent, etiam apud nos sunt.* Atqve hæc qvidem instar typi nobis sunt, ut nunqvam, auditis verbis injuriis contristeris. Nihil enim insolens est audire: Christiani perniciosi sunt homines & turbulenti. Eadem de luminibus illis olim dicta sunt: *Vino pleni sunt.* Nunquam virtuti deest invidia. Nunquam do-

G 5 θεοῦ

r) Actor. XVII, 6.

θεοῦ διδασκαλία ἡ τῶν κακῶν βάσανος.

Σευηριανοῦ ς. ιγ.

Θεὸς ἐνήργει, καὶ τῇ μέθῃ ἐπέγραφον. Μέθης ἐνομίσθη καρπός· ὅρα τὴν κακίαν καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐλεγχομένην. Ἐν τῇ πεντηκοστῇ πόθεν γλεῦκος; γλεῦκος γὰρ λέγεται ὁ νέος οἶνος. t) ἀλλὰ τὸ ψεῦδός ἐστι τυφλόν· οὐκ οἶδε, πῶς ψεύδεται. Εἶτα μέθη διαφόρους γλώσσας δίδωσι; ἢ καὶ τὴν οὖσαν ἀφανίζει; ὅρα δὲ τί κατασκευάζει θεός. ἀφίει τὴν ἀρετὴν ὑπονοηθῆναι εἰς χλεύην, ἵνα πρῶτον συνέλθῃ τὸ πλῆθος τῶν χλευαζόντων,

ctrinæ divinæ deest malorum criminatio.

Severiani. V. 13.

DEus operabatur: ipsi vero ebrietati id adscribebant. Ebrietatis habebatur fructus. Vide malitiam, & a tempore & ab hora declaratam. Unde enim tempore Pentecostali mustum? hoc enim maxime vocatur vinum novum. Sed mendacium cœcum est: non novit, quomodo mentiatur. Deinde num ebrietas diversarum linguarum donum conciliat, an potius eam, qvæ in promptu est, abolet? Vide autem, qvid efficiat DEus. Virtutem in ludibrii suspicionem pervenire patitur, ut multitudo subsannanti-

καὶ

t) νέος οἶνος) de vino novo interpretatur noster, quod alii de vino dulci. Ita Anonymus apud Oecumenium ad h. l. γλεῦκος γὰρ ὁ γλυκύς ἐστιν οἶνος. Lege in eandem sententiam Wedelii Exercitat. Centur. I. Dec. VI. Exerc. IIX.

καὶ τότε λάμψῃ u) ἡ δύναμις τῶν ἁγίων καὶ οὕτως ἡ ἐνέργεια δειχθῇ πολιορκοῦσα τὸ ψεῦδος. ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι πολλοὶ πολλάκις συνειδότες τισὶν ἀρετὴν ἢ λόγον ἢ τρόπον ἢ βίον ὀκνοῦσι καὶ παραβάλλειν αὐτῶν τῇ ὄψει; x) ἵνα μὴ πλήττωνται αὐτῷ τῷ προσώπῳ ἐλεγχόμενοι. Εἰ μὴ ὑπενοήθη χλεύη, παρῃτοῦντο Ἰουδαῖοι εἰσελθεῖν καὶ ἀκοῦσαι· συνεχώρησεν οὖν ὁ Θεὸς, ἵνα ἡ χλεύη πολλοὺς συναγάγῃ.

um conveniat, & tunc demum virtus Sanctorum elucescat, atqve potestas, mendacium oppugnans, se prodat. Aut num ignoras, qvod multi multoties, qvorum virtutem, aut sermones aut mores probos vitamqve perspecta habent, eorum vultui exponere se verentur, ne ipso eorum adspectu percellantur? Certe nisi subsannandi materia hic præsumta fuisset, Judæi ingredi & audire Apostolos detrectassent. Permisit itaque DEus, ut cavillandi libido multos convocaret.

Σευήρου Ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχείας.

Τῶν Ἀποστόλων, τὴν

Severi Episcop. Antiocheni.

Cum Apostoli doctri-

Εὐαγ-

u) λάμψῃ) ita scripsi pro λάμψει, ut respondeat antecedenti συνέλθῃ.

x) τῇ ὄψει) ita statuebant impii, *Sapient.* II, 15. quorum hæc de pio vox est: βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος, ὅτι ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτοῦ. Ita *Cyprianus* epist. ad Donatum: Malos quisquis non imitatur, offendit. Et, *castigare videtur, quicunque dissentit.* Confer Th. Gatakeri notas ad *Antoninum* lib. X. §. 36.

Εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν προφερόντων, ἐν καινότητι πνεύματος καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, καὶ τούτου σημεῖον παρεχομένων τὸ λαλεῖν παντὶ γένει γλωσσῶν, οἱ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις καταγηράσαντες Ἰουδαῖοι τὸ ἀληθὲς καὶ ἄκοντες ἔλεγον, ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσίν. Οἶνος γὰρ νέος ἦν ἡ τελεία τοῦ πνεύματος χάρις, ᾗς οἱ Ἀπόστολοι ταῖς πυρίναις γλώσσαις καθαρθέντες πλήρεις ἐγένοντο.

Σευηριανοῦ. ς. ιδ.

Σταθεὶς δὲ Πέτρος] Μάθε λοιπὸν, τί ἐνεργεῖ πνεῦμα ἅγιον. Βλέπε, τίς ἦν Πέτρος πρὸ τῆς χάριτος, καὶ τίς ἐγένετο μετὰ τὴν χάριν, πρὶν δέξηται τὰς γλώσσας τοῦ πυρός; ὑπὸ μιᾶς παιδίσκης οἰκτρᾶς ἐρωτώμενος ἐφοβήθη καὶ λέγει· οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. y)

nam Evangelicam in novitate ſpiritus, non autem vetuſtate literæ promulgarent, & in argumentum hujus rei omni linguarum genere uterentur, Judæi, tanqvam qvi in peccatis conſenuerant, veritatem vel inviti dixerunt, muſto eos plenos eſſe mentientes. Novum enim vinum erat perfecta Spiritus gratia, qva Apoſtoli, lingvis igneis purgati, implebantur.

Severiani. V. 14.

Stans autem Petrus) Ceterum diſce hinc, qvid efficere valeat Spiritus Sanctus. Vide, qvis fuerit Petrus ante receptam gratiam, & qvis factus ſit poſt gratiam? Anteqvam lingvam ignitam accipiebat, ab ancilla unica viliſſima interrogatus timet, & dicit: *non novi*

ἐκεῖ

y) Matth. XXVI, 74.

ἐκεῖ μία παιδίσκη καὶ δειλία πολλή. ὧδε πλῆθος ἄπειρον, καὶ φωνὴ εὐπαῤῥησίας. Διὰ τί; οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατέρος ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Σταθεὶς δὲ ὁ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ἐπαῤῥησιάσατο· οὐκ εἶπεν, ἐφθέγξατο, ἀλλ' ἀπεφθέγξατο, z) πρὸς οἷς ἐλάλησεν ἐν γλώσσῃ, ἐπεφθέγξατο τῇ διδασκαλίᾳ.

hominem. Ibi una erat ancilla, & multus timor: hic infinita hominum multitudo, & vox liberrima. Unde hoc? neqve enim vos estis loqventes, sed Spiritus patris vestri, qvi loqvitur in vobis. Stans vero Petrus cum undecim illis elevavit vocem suam i. e. libere dixit. Non dicitur ἐφθέγξατο, sed ἀπεφθέγξατο. Ad qvos locutus est lingva, iis fortiter inculcavit doctrinam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦτο γνωστὸν] Ἐννόησον τὸν τότε φοβηθέντα νῦν παῤῥησιαζόμενον, τὸν τότε δειλὸν, νῦν ἀνδρεῖον.

Ejusdem.

Hoc notum esto) Cogita virum alias timidum, nunc libere loqventem, alias meticulosum, nunc fortem.

Τοῦ αὐτοῦ ς. ιε.

Οὐδὲ ἡ ὥρα, φησὶν, ἐνέτρεψεν ὑμᾶς; ὥρα τρίτη μεθύουσιν οἱ τοῦ λόγου τὸν δρόμον πιστευθέν-

Ejusdem. v. 15.

Neqve hora, inqvit, ipsa vos prohibuit Num hora tertia inebriabuntur, qvibus verbi cur-

τες;

z) ἀπεφθέγξατο) vis hujus verbi vel ex derivato ἀπόφθεγμα innotescit, quippe quod graviter acute & sententiose dictum infert.

τες; οἱ τὴν κοινὴν τοῦ κόσμου πραγματείαν ἐπανειλημμένοι αἰδοῦνται τὴν ἄκαιρον a) μετάληψιν τοῦ οἴνου, καὶ ἡμεῖς οἱ κήρυκες τοῦ νόμου, οἱ τὴν οὐράνιον διδασκαλίαν ἐγχειρισθέντες; ἡμεῖς μὲν ἀπὸ τοῦ καιροῦ b) τῶν καρπῶν ἐδείξαμεν τὸ ψεῦδος, ὁ δὲ Πέτρος καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας.

ſus demandatus eſt? Certe qvi vulgarem hujus mundi negotiationem ſuſceperunt, cavent ſibi ab intempeſtivo vini uſu, & nos, Legis interpretes, qvibus cœleſtis doctrina tradita eſt, aliter ageremus? Nos qvidem ex tempore fructuum mendacium prodidimus, Petrus autem etiam ex hora.

Τοῦ αὐτοῦ. v. 16.

Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον] Ὁρᾷς ὅτι τὰς ἀπορίας ἄλλο οὐ λύει, ἢ μαρτυρία προφητική· τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα ὅτε κινεῖ ὁ αἱρετικὸς πρὸς ὀρθόδοξον, καὶ ἀνακύπτει c)

Ejusdem.

Sed hoc eſt, quod dictum eſt] Vides, quod dubia nihil aliud ſolvat, qvam teſtimonium Propheticum. Hoc ideo moneo, ut, qvandocunqve hæreticus in-

Z

a) ἄκαιρον) MS. mendoſe εὔκαιρον. Hoc enim ſeries orationis averſatur. Neque inſolens eſt in MSS. τοῦ α & ευ permutatio. Exempla lege apud *Coteleriuum* in Monumentis Eccleſiæ Græcæ Tom. II. p. 636. & Tom. III. p. 521. ſq.

b) καιροῦ) vide noſtrum ad v. 13.

c) ἀνακύπτει] malim ego ἀνακαλύπτει, i. e. *revelat, prodit.*

ἢ τῶν ἀπόρων ζητημάτων, μὴ ἀποφύγῃς ἐπὶ τοὺς λογισμούς· ἐνθυμήσεις γὰρ λογισμῶν καὶ λέγονται καὶ ἀνατρέπονται, καὶ συνίστανται καὶ ἀποσυνίστανται. Θεοῦ δὲ φωνὴν τίς λύει; λογισμὸς λύεται, γραφὴ οὐ λύεται· Ἀπορούντων ἐκείνων λέγει ὁ Πέτρος· τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ Προφήτου Ἰωὴλ· Τί ἐν Ἰωὴλ d) Κυρίου Θεοῦ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Οὐκ εἶπεν, ἐκχεῶ τὸ πνεῦμά μου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος· οὐ τὸ πνεῦμα ἐκχεῖται, ἀλλ' ἡ δωρεὰ τοῦ πνεύματος, καὶ προφητεύσουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅρα πῶς διάφορος ἡ τοῦ

ſurpit adverſum orthodoxum, & dubias qvasdam qvæſtiones profert, non confugias ad ratiocinia. Argumenta enim ex ratione petita & proferuntur & evertuntur; & adſeruntur, & refelluntur. Dei vero vocem qvis ſolvet? Ratiocinationes ſolvuntur. Scriptura non diſſolvitur. Dubitantibus illis obvertit Petrus: hoc eſt, qvod dictum eſt per Prophetam Joel in nomine Domini: *effundam de Spiritu meo in omnem carnem.* Non inquit: effundam Spiritum meum, ſed de Spiritu. Non enim Spiritus effunditur, ſed dona Spiritus. *Et prophetias edent*, & reliqva. Vide, quam

ἁγίου

d) Τί ἐν Ἰωὴλ] verba hæc in MS. punctis ſuperſcriptis notata erant, quod alias argumento eſſe ſolet lituræ faciendæ. Interim locum habere poſſent, ſi cum interrogandi nota legantur, hoc ſenſu: *quid vero habetur in Joele?* ubi ſic reſponderetur, dictum eſſe *Domini Dei.*

ἁγίου Πνεύματος ἀποκάλυψις· ὁ μὲν προφητεύων ἔχει τοῦ πνεύματος τὴν χάριν· ἄλλος ἀτονῶν πρὸς τὸ ὑπηρετήσασθαι τοιούτῳ πνεύματι, λαμβάνει τὸ τῶν ὁράσεων, ὡς εἶδεν ἕκτῃ ὥρᾳ e) τὴν εἰκόνα ὁ Πέτρος· ὡς ὁ Κορνήλιος δεκάτῃ f) ὥρᾳ εἶδε τὸν Ἄγγελον· Ἐκεῖνο τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ οὐ λέγεται ὅραμα· ἀλλ' ὅρασις· Ἄλλως βλέπει τις ὅρασιν, ὡς φασιν· ὁρῶν βάδιζε· ἄλλως δὲ, ὁ τῇ ὄψει μόνον ὁρῶν τὸ θεώρημα· ἄλλως τὸ ἐνύπνιον τῇ φαντασίᾳ παιδεύεται· Ἔστι δὲ τὸ μὲν πρῶτον προφητεία, τὸ δὲ δεύτερον ὅραμα, τὸ δὲ τρίτον ἐνύπνιον· Οἱ πρεσβύτεροι ἐνύπνια ἐνυπνια-

diverſa ſit Spiritus Sancti revelatio. Qvi prophetat, habet Spiritus Sancti gratiam : alius non ſatis idoneus ad inſerviendum huic Spiritus dono accipit donum viſionum : ſicut ſexta hora Petrus viſionem vidit ; ſicut & Cornelius hora nona vidit Angelum. Id quod corde continetur, non vocatur ὅραμα, ſed ὅρασις. Alias videt aliqvis viſionem, ut dici ſolet: *videns ambula*; alias qvi ſolo viſu utitur, θεώρημα, ſeu contemplationem habet : alias, qui phantaſia docetur, ἐνύπνιον ſive inſomnium. Primum genus eſt prophetia, alterum viſio, tertium vero inſomnium: Seniores inſomnia habebunt. Qvia ſenectus ad præſtandum

ἀθή-

e) *Act.* X. 9.

f) *Act.* X. 3.

ἀπήσονται, ἐπειδὴ τὸ γῆ-
ρας ἄτονον πρὸς ὑπηρε-
σίαν, εἰ καὶ οὐ δύναται
διακονεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ
τὴν ἀρετὴν μηδαμῶς g)
ὑβριζέσθω.

Τοῦ αὐτοῦ ς. ιθ.

Καὶ δώσω τέρατα]
Καὶ πρώην ἡμῖν εἴρηται,
ὅτε τὸν περὶ σταυροῦ ἀνε-
λάβομεν λόγον, καὶ τὸ
ἅγιον πάθος, καθὼς οἷ-
όν τε ἦν, ἀνεπτύξαμεν
τῇ θεωρίᾳ· ὅτε ἐδόθη
δύο ξένα, αἷμα καὶ πῦρ·
πῦρ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος
ἐπιφοίτησις· αἷμα, ἡ ἐκ τῆς
πλευρᾶς προελθοῦσα χά-
ρις. Ἀδύνατον γὰρ ἀπὸ
νεκροῦ σώματος προελ-
θεῖν αἷμα. Πήγνυται γὰρ

g) μηδαμῶς] ita per con
occurrebat compendium ſc
ſatis legendo adſequebar.
ſi non poſtulat, certe non

διὰ τοῦτο, καὶ ἐν σημείοις τίθησιν αὐτὸ ὁ Θεός.

Νικολάου τοῦ Πρεσβυτέρου.

Ταῦτα ἔσται κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν τὰ ἐν οὐρανῷ τεράστια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φοβερὰ γενήσεται, αἵματος μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκχεομένου πλείστου κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, καπνοῦ δὲ ἐγγινομένου τῶν πόλεων καὶ τῶν κωμῶν ἐμπιπραμένων, δίκην τιννύντων τῶν Ἰουδαίων τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας, ἣν οὐδὲ αὐτὸς ὁ ἥλιος βλέπειν ἀνασχόμενος μόνον τὸν ἴδιον ὀφθαλμὸν τὴν φωτιστικὴν αὐτοῦ δύναμιν συνέστειλε, καὶ σκότος τοῖς ἐσκολισμένοις τὴν διάνοιαν ἔδειξεν· ἀλλ' οὐδέ φασιν ἡ σελήνη μεμένηκεν ἀπαθὴς, θυμουμένη δὲ ὡς εἰπεῖν κατὰ τῶν κυριοκτόνων εἰς ἐρύθημα τὴν ἀργυροειδῆ μετέβαλεν ἑαυτῆς ἰδέαν.

inter portenta numerat Deus.

Nicolai Presbyteri.

Hæc evenient eo tempore, qvo portenta in cœlo & ſtupenda in terra fient, qvando ſcilicet ſangvis multus a Romanis per Judæam effundetur, & fumus ex urbibus & vicis conflagrantibus exſurget, Judæis promeritas pro ſuo in Chriſtum ſcelere pœnas luentibus, qvod nec ipſe Sol intueri ſuſtinens tantum non proprium oculum, id eſt lucendi facultatem, contraxit, & hominibus caligini mentis immerſis tenebras immiſit. Imo nec Luna ipſa, ut ajunt, affectu vacua manſit, ſed potius Dominicidis, ut ita loqvar, ſuccenſens faciem argenteam cum rubicunda permutavit,

Σελη-

Σευηριανοῦ.

Αἷμα καὶ πῦρ] Πολλοὶ ἐνόμισαν, ὅτι αἷμα περὶ τῆς σελήνης εἶπε, καὶ οὐ περὶ τῆς πλευρᾶς· αἷμα δὲ λέγω, ὃ ἐξέχεαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο λέγοντες· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, καὶ μετὰ τὸ ἀνελεῖν ἀρνοῦνται· ἀεὶ γὰρ ἡ αἰτία καθ' ἑαυτῆς ὀρίζουσα μετανοεῖ καὶ ἀνακαλεῖται τὰς ἰδίας φωνάς. Οἱ εἰπόντες· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς· λέγουσι τοῖς Ἀποστόλοις· τί βούλεσθε ἐφ' ἡμᾶς ἐπαγαγεῖν τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. h)

Severiani.

Sangvis & ignis] Multi putarunt, ſangvinem de Luna dici, non autem de latere. Sangvinem vero dico, qvem effuderunt Judæi, & in ſe converterunt, dicentes: ſangvis ejus ſit ſuper nos & filios noſtros: cum viciſſim, poſt factam cædem, id a ſe declinent. Culpa enim ſemper in ſe ipſam dicens ſententiam pœnitudine ducitur, ſuasq; ipſa revocat voces. Qvi dixerant: *ſangvis ejus ſit ſuper nos*: iidem ad Apoſtolos dicunt: qvid ſuper nos devolvere vultis ſangvinem hominis iſtius?

Τοῦ αὐτοῦ, ϛ. κ.

Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται] Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη ἦν εὐτελὴς, ἡ ἐν σαρκὶ, ἡ διδακτική· ἡ δὲ

Ejusdem v. 20.

Sol convertetur] Qvoniam primus ille adventus vilis erat, nempe in carne, idemqve inſtru-

 δευ-

h) *Actor.* V. 28.

δεύτερα ἔνδοξος, τοῦ ἁγίου σήματος ἐκείνου οὐκέτι ἄλλως φαινομένου, ἀλλ' αὐγὰς φωτὸς ἀπαστράπτοντος· διὰ τοῦτο λέγει τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην. Εἴρηται πολλάκις ἡμῖν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ λέγων· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου· εἰπὲ τῷ Ἰουδαίῳ, εἰ ἓν πρόσωπόν ἐστιν καὶ ἓν θεϊκόν ἐστιν ὄνομα, καὶ αὐτὸ λαλεῖ περὶ αὐτοῦ, διὰ τί μὴ εἶπε, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν.

ebat homines: alter autem futurus eſt glorioſus, qvando ſanctum illud ſignum non aliter apparebit, qvam emiſſis lucis radiis: propterea *diem Domini magnum* appellat. Sæpius nobis dictum eſt, qvod Deus ſit, qvi dixerit: *effundam de Spiritu meo, anteqvam veniat dies Domini.* Objice itaqve Judæo: ſi una perſona eſt, & unum eſt nomen divinum, atqve idem de ſe loqvitur, qvare non dixit? anteqvam veniat dies meus.

Νικολάου τοῦ Πρεσβυτ.

Συμβήσεται δὲ ταῦτα πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου πάλιν ἐνδόξου καὶ φοβερᾶς ἐλεύσεως, καθ' ἣν μέλλει κρίνειν ζῶντάς τε καὶ νεκρούς· τουτέστιν ἀδύνατον παρελθεῖν τουτονὶ τὸν αἰῶνα μὴ πάντων τῶν εἰρημένων εἰς πέρας ἐλθόντων.

Nicolai Presbyteri.

Evenient vero hæc ante glorioſum & tremendum Domini adventum, qvando judicaturus eſt vivos & mortuos. Neqve enim præſens mundus interire poteſt, anteqvam omnia, qvæ prædicta ſunt, eventũ ſortita fuerint.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ, ς. κα.

Καὶ ἔσται πᾶς ὃς ἐὰν]. Οὐκ Ἰουδαῖος μόνον ἀλλὰ καὶ Ἕλλην, καὶ βάρβαρος καὶ Σκύθης, i) καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων ἡ ὁμήγυρις, ἡ ἐν Σιὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων γινομένη τῶν ἐκ τοῦ καταλείμματος τοῦ Ἰσραὴλ πρὸς τὸ Εὐαγγελικὸν κληθέντων κήρυγμα.

Τοῦ ἁγίου Σευήρου Ἐπισκόπου Ἀντιοχ. ἐκ τῆς πρὸς Εὐπράξιον k) Κουβικουλάριον ἀποκρίσεως, ς. κδ.

Ὅρα σαφῶς, ὡς οἶδεν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς καὶ Θεὸν ἀπαθῆ, μὴ δυνάμενον κρατεῖσθαι θανάτῳ. Εἰ μὴ γὰρ ἦν αὐτὸς κατὰ φύσιν ἀθάνατος, εἰ καὶ θνητὸς, καθ᾽ ὃ γέγονε σάρξ, οὐκ ἂν εἶπε· καθ᾽ ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν

Ejusdem v. 21.

Et erit omnis, qvi &c.] Non Judæus modo, ſed & Græcus, & barbarus, & Scytha & in univerſum totus in Chriſtum credentium cœtus, qvi in Sione & Jeruſalem Apoſtolorum tempore coactus erat, & ex reliqviis Iſraelis ad præconium Evangelicum vocatus.

S. Severi Epiſcopi Antiocheni ex Reſponſione ad Eupraxium Cubicularium. v. 24.

Vide hic clare, qvod eum cognoverit ut verum hominem, & ut Deum paſſioni non obnoxium, qvippe qvi a morte teneri non potuerit. Si enim ipſe natura non eſſet immortalis, qvamvis, in qvantum caro factus eſt, mortalis ſit; non dixisſet: in qvantum fieri

i) Alluditur ad *Coloſſ.* III. 11.

k) Εὐπράξιον] vide Cl. Montfauc. Bibl. Coislin. p. 68.

ὑπ᾽ αὐτοῦ. Καὶ πάλιν τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν ἀλλαχοῦ, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. l) οὕτως ὁ αὐτός ἐστι καὶ παθητὸς σαρκὶ καὶ θεότητι πάθους ἀνώτερος, καὶ καθὸ μὲν ἄνθρωπος ἐγηγέρθαι λεγόμενος ὑπὸ τοῦ Πατέρος, καθὸ δὲ πατρὸς, m) οὐχ οἷός τε ὢν κρατεῖσθαι θανάτῳ. Οὕτω καὶ Παῦλος, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων, ἐξ Ἰουδαίων εἶναί φησι τὸ κατὰ σάρκα χριστὸν, τὸν αὐτὸν δὲ Θεὸν εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. n) Γράφει δὲ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ· εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. o) Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραί-

non poterat, ut a morte teneretur. Et rurſus alibi ad Judæos ait: *vitæ ducem occidiſtis.* Itaqve idem eſt, qvi carne pati potuit, & qvod ad divinitatem paſſione fuit ſuperior, qviqve, in qvantum homo eſt, reſuſcitatus dicitur a Patre: prout vero Deus eſt, teneri a morte non potuit. Sic & Paulus, ad Romanes ſcribens, Chriſtum ait ex Patribus qvod ad carnem, eundem vero ſimul Deum benedictum in ſecula. Amen. Scribit vero etiam in priore ad Corinthios epiſtola: unus Dominus Jeſus Chriſtus, per qvem omnia, & nos per ipſum. Et iterum

ους

l) *Act.* III, 15.

m) πατρὸς] ita MS. ſed legendum omnino eſt θεὸς, quod opponatur autecedenti ἄνθρωπος. Fortaſſe proxime vox πατέρος fraudi fuit ſomnianti librario.

n) *Roman.* IX, 5.

o) I. Cor. VIII, 6.

ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. p)

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν] Τὸ ἐγηγέρθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι διὰ τὸ τῶν ἀκουόντων ἀσθενὲς, εὐπαράδεκτον τὸν λόγον ταύτῃ κατασκευάζοντες. *) Καὶ μετ' ὀλίγα· ἐν τίνι γὰρ ὁ πατὴρ ἐνεργεῖ; ἐν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει δηλονότι. Τίς δ' ἐστὶν ἡ αὐτοῦ δύναμις τοῦ Πατρός; οὐδεὶς ἄλλος ἢ ὁ Χριστός. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. Οὐκοῦν ἑαυτὸν ἀνέστησεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐγηγέρθαι λεγόμενος.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς q) Ἀλικαρνασέα συντάγματος.

Λῦσαι τὰς ὠδίνας] Τὴν ἀνά-

in illa ad Hebræos: Jesus Christus heri & hodie idem & in secula.

Ejusdem.

Qvem Deus suscitavit ex mortuis] A Patre ipsum resuscitatum esse ob audientium imbecillitatem dicitur, eoque ipso via paratur sermoni facilius recipiendo. *Et post pauca:* Per qvod enim Pater operatur? certe per potentiam propriam. Qvæ vero est potentia Patris? non alius, qvam Christus. Christus enim Dei potentia est & Dei sapientia. Itaqve se ipsum excitavit Christus, etiamsi a Patre excitatus dicatur.

Ejusdem ex commentatione ad Julianum Halicarnassensem.

Solvere vincula mortis]

p) Hebr. XIII. 8.

*) Locum hunc paulo post ad v. 32. pleniorem & correctiorem dat noster.

q) πρὸς] omittitur hic nomen Viri proprium, nempe

ἀνάστασιν προσηγόρευσεν, ὥσπερ ἐκ κοιλίας τινὸς ὠδινούσης, φημὶ δὴ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν καὶ τῶν τοῦ ᾅδου μυχῶν, ἀναδύντος τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ προελθόντος ὡς ἐκ τοκετοῦ ξένου τῆς ἀναστάσεως. Ταύτῃ τοι καὶ ὠνόμασται πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. r)

De resurrectione hic loqvitur Jesu Christi Servatoris, tanqvam ex ventre parturiente, hoc est, ex vinculis morbis & sepulchri recessibus intimis, reducti & instar partus insoliti per resurrectionem prodeuntis. Hoc respectu qvoqve idem primogenitus ex mortuis vocatur.

Τοῦ Αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸ Ἅγιος ὁ Θεὸς, Συντάγματος.

Οὗτος καὶ σαρκὶ συμπλακεὶς τῷ θανάτῳ καὶ φθάσας μέχρι αὐτῶν ᾅδου πυλῶν ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, λῦσαι τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν, ὡς ὁ Ἀπόστολος Πέτρος, κρα-

Ejusdem ex Syntagmate in Canticum: ἅγιος ὁ θεός.

Hic & corpore morti devinctus & usqve ad ipsas inferni portas perductus tertio die surrexit, ut solveret mortis vincula, siqvidem fieri non poterat, ut Apostolus Petrus in-

τεῖ-

Ἰουλιανὸς, quod paulo post diserte exprimitur. Illarum vero scriptionum ad Julianum hunc mentio quoque fit in Codicibus Coislinian. apud doctissimum Montfauconium l. c. nec non in Catena Ghisleri super Jeremiam Tom. II. p. 759.

r) *Coloss.* I. 18.

τεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ. Ἦν γὰρ κατὰ φύσιν ἀθάνατος, εἰ καὶ τῷ πεφυκότι θνήσκειν σώματι τὸ παθεῖν κατεδέξατο. Ἐπειδὴ οὐδὲ ἄλλως ἦν δυνατὸν αὐτῷ προσπελάσαι τὸν θάνατον. Ὃν τοίνυν ἐπὶ τῆς πείρας εἴδομεν ἀθανάτως ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενον, τοῦτον ἀνυμνοῦντες λέγομεν τὸ ἅγιος ἀθάνατος.

qvit, ut ab ea teneretur. Natura enim immortalis erat, qvamvis corpore, ad mortem nato & apto, passionem susciperet, qvia alioqvin fieri non poterat, ut mors ipsi appropinqvaret. Qvem igitur experti vidimus in ipsa morte immortalem, eum laudantes canimus: *Sanctus & immortalis.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Ἰουλιανὸν Ἁλικαρνασέα Συντάγμ.

Ejusdem ex Syntagmate ad Julianum Halicarnassensem.

Οὐχὶ τὸ μὲν πάντα αὐτὸν γεύσασθαι θανάτου ἐν σαρκὶ, καὶ ὑπὸ τὸν ἐκείνου γενέσθαι ζυγὸν, ἀλλὰ τὸ διαῤῥῆξαι τοῦτον διὰ τῆς τριταίας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς παντελοῦς μὴ ἀνασχέσθαι φθορᾶς τε καὶ ἀναλύσεως.

Non qvidem, qvod mortem per omnia gustavit, qvod ad carnem, & sub ejus jugo fuit, sed qvod illud per resurrectionem ex mortuis, post triduum factam, confregit, atqve adeo absolutam corruptionem ac dissolutionem non sustinuit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Εὐπράξιον γραφέντος.

ς. κζ.

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις] Καὶ θανάτου λέγεται γεγεῦσθαι δι' ἡμᾶς, τῷ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν χωρισθῆναι τοῦ σώματος, οὐ τῷ θεότητος ἔρημον τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα γενέσθαι. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀμφοτέρων ἀχώριστον ἔδειξεν· οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν, καθὼς ὁ ψάλλων φησὶν, s) ἀλλὰ τοῦ μὲν σώματος οὐ κεχώριστο θαπτομένου, καταργῶν τὴν φθοράν. Οὐ γὰρ ἦν λειπομένης τῆς ἀφθαρσίας τε καὶ ζωῆς μὴ πάντως αὐτῷ καὶ πειραθῆναι διαφθορᾶς. Τῇ δὲ ψυχῇ συγκάτεισιν εἰς ᾅδου, t) ὅλος ὢν ἐν αὐτῷ καὶ ὅλος ὢν ἐν

Ejusdem ex commentatione ad Eupraxium.

V. 27.

Quia non relinques] Et mortem propter nos gustasse dicitur eo ipso, qvo anima ejus a corpore separata est, non autem, qvod anima aut corpus ejus divinitate caruerit. Ipse enim se a neutro sejunctum esse ostendit. Neqve enim anima ejus in inferno relicta est, neqve corpus ejus vidit interitum, sicut Psaltes ait: sed nec a corpore sepulto abfuit, corruptionem avertens. Neqve enim, cum immortalitas & vita ipsi suppeteret, corruptioni obnoxius esse poterat. Sed qvod ad animam descendit in infernum, totus existens

σώ-

s) *Psalm.* XVI. 10.

t) ᾅδου] quamvis varia sit apud veteres hujus vocis signi-

σώματι. Ἀδιαίρετος γὰρ ὡς ἀσώματος, καὶ πάντα πληρῶν δυνάμενος ὡς ἀπερίγραπτος.

in ipſo, & totus exiſtens in corpore. Dividi enim non poterat, qvippe incorporeus, & omnia implere poterat, tanqvam non circumſcriptus.

Τοῦ αὐτοῦ, ς. κη΄.

Πληρώσεις με εὐφροσύνης] Πρόσωπον Κυρίου νοητέον τὴν θεοπρεπεστάτην ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπὴν, ἣν ἡμᾶς τότε τελειότερον ἐπισκέψεται.

Ejusdem, v. 28.

Implebit qvidem gaudio] Faciem Domini interpretari oportet de diviniſſima apparitione & noſtri cura, qva tunc perfectiſſime nos dignabitur.

Τοῦ αὐτοῦ λόγ. οζ. ς. λβ΄.

Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησε] οἱ Ἀπόστολοι κηρύττοντες τὸ Εὐαγγέλιον, ἔλεγον, τὸν Χριστὸν ἐγηγέρθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, διὰ τὸ τῶν ἀκουόντων ἀ-

Ejusdem ex Sermone LXXVI.

Hunc Jeſum ſuſcitavit] Apoſtoli, prædicantes Evangelium, dixerunt, Chriſtum reſuſcitatum eſſe a Patre, ut ſcilicet ſermonem ſuum vel

θενὲς

ficatio, quod oſtendit imprimis *Windetus* libro ſingulari de vita functorum ſtatu & *Jo. Pearſonius* ad Symbolum Apoſtolic. p. 423. ed. Latinæ, hoc tamen loco a noſtro pro *inferno* adhibita omnino videtur, in quem Chriſtus deſcenderit, animabus ibi detentis ſe repræſentaturus. Hanc vero multorum ex veteribus Doctoribus ſententiam eſſe demonſtrarunt *Jo. Caſp. Suicerus* in Theſauro Eccleſiaſtico p. 92. & *Pearſonius* l. c. p. 425.

θενὲς, εὐπαράδεκτον τὸν λόγον ταύτῃ κατασκευάζοντες.

Καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ τὸ ἐγηγέρθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατέρος λέγεσθαι τῶν μὲν ἀκουόντων οἰκονομεῖ τὸ ἀσθενὲς, τὸν δὲ αὐτὸν ἔχει νοῦν τὸ· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε, καὶ οὐχ ἕτερον. Ἐν τίνι γὰρ ὁ πατὴρ ἐνεργεῖ; ἐν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει δηλονότι. Τίς δ' ἐστὶ δύναμις τοῦ πατρὸς; οὐδεὶς ἄλλος ἢ Χριστός. Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. Οὐκοῦν ἑαυτὸν ἀνέστησεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐγηγέρθαι λεγόμενος. u)

ſic, ob audientium imbecillitatem, facilius recipi facerent.

Et poſt pauca: Qvando dicitur, eum a Patre reſuſcitatum eſſe, id fit per accommodationem ad auditorum infirmitatem: eundem vero id ſenſum habet, atqve illud: *ſurrexit, non eſt hic;* non alium. Per qvem enim pater operatur? omnino per propriam potentiam. Qvæ vero eſt potentia Patris? non alius, qvam Chriſtus. Chriſtus enim Dei potentia & Dei ſapientia eſt. Itaqve ſe ipſum reſuſcitavit Chriſtus, etiamſi a Patre dicatur reſuſcitatus.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ λόγου ρκγ.

Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς] Τὸ ἰσό-

Ejusdem ex Sermone CXXIII.

Non enim David aſcendit in cælum] Hinc æ-

τιμον

u) λεγόμενος] vide ſupra eadem hæc excerpta ad v. 24.

τιμον υἱοῦ καὶ πατρὸς διὰ τοῦτο νοοῦμεν. Ἐπὶ γὰρ τῆς ἀσωμάτου οὐσίας οὐ δυνατὸν νοῆσαι δεξιὸν ἢ ἀριστερόν.

qvalitatem filii & Patris intelligimus. De substantia enim incorporea non licet cogitare dextrum aut sinistrum.

Ἀμμωνίου τοῦ Πρεσβυτέρου,

ς. μδ΄.

Ammonii Presbyteri,

V. 44.

Πάντες οἱ πιστεύσαντες ἦσαν ὁμοθυμαδὸν] Σημειωτέον, ὅτι ὡς ἐπὶ μιᾶς ψυχῆς καὶ ἐπὶ ἑνὸς σώματος οὕτως δεῖ φρονεῖν περὶ παντὸς πιστοῦ, καὶ ὁ τῆς ἐκκλησίας θεσμὸς κοινὸν βίον θέλει ἔχειν ἅπαντας μεθ᾽ ἑαυτῶν.

Omnes credentes unanimes erant] Notandum est, qvod credentes omnes & singuli pro una anima & uno corpore habendi sunt, qvodqve Ecclesiæ instituta omnes communem & eandem inter se vitæ rationem habere jubeant.

ΚΕΦ. Γ. β.

Σευήρου.

CAP. III. v. 2.

Severi.

Καί τις ἀνὴρ χωλὸς] Δοκεῖ γὰρ ὁ χωλὸς οὗτος τύπον ἐπέχειν πάσης τῆς ἀνθρωπότητος, ἤγουν τῆς ἐκ τῶν ἀθέων καὶ ἐλπίδα μὴ ἐχόντων ἐθνῶν συλλεγείσης ἐκκλησίας, καὶ περιποιηθείσης, ὡς γέγραπται, ἥντινα νενε-

Et vir qvidem claudus] Videtur claudus ille repræsentare conditionem totius humani generis, vel saltem ecclesiæ ex gentibus atheis & spe destitutis, ut Scriptura ait, collectæ & redemtæ, qvam morti

κρω-

κρωμένην μὲν ἐζωοποίησεν x) ὁ Χριστὸς τῷ οἰκείῳ θανάτῳ. παρειμένην δὲ πρὸς τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα καὶ βαίνειν τὸ παράπαν ἐ δυναμένην, ἀλλ' ἔξω κειμένην τοῦ ἱεροῦ, τὴν χεῖρα τῆς διδασκαλίας ὀρέξαντες ἀνέστησαν οἱ Απόστολοι, ἀργύριον μὲν καὶ χρυσίον ἐ δόντες, εἰ καὶ περὶ ταῦτα ἐκεχήνει, ἢ περὶ τὴν ὑλικὴν φαντασίαν ἐπτόητο. τὴν δὲ ὡραίαν αὐτῇ y) θύραν ὅλην ἀνοίξαντες, ἥτις ἐστὶν Ιησοῦς, ὡραῖος μὲν κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὁ Προφήτης z) φησὶν, εἰσάγων δὲ τοὺς πιστεύοντας πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν, καὶ τοῦ πατρὸς οἷα δὴ θύρα, καὶ ἐν εὐαγγελίοις

qvidem traditam sua morte vivificavit Christus, & ad justitiæ opera præstanda segnem nec ullatenus progredi valentem, sed potius extra templum constitutam, Apostoli, protensa institutionis manu excitarunt, non suppeditato argento aut auro, qvamvis illi inhiarent, rebusqve in oculis incurrentibus mirum qvantum studerent. Aperiebant vero ei præterea januam formosam totam, qvæ est Christus, præ filiis hominum adspectu, ut Propheta ait, elegans idemqve credentes ad cognitionem sui perducens, atqve adeo Patris januam, qvalem se in Evangeliis renunci-

βοᾷ,

x) ἐζωοποίησεν] alludit ad Ephes. II. 5.

y) αὐτῇ] ita scripsi pro αὐτῷ, quia oratio refertur ad ἐκκλησίαν.

z) Προφήτης] innuit Davidem Psalm XLV. 3.

βοᾷ· ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. a)

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ λόγου οδ. ς. γ΄.

Διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ὁ χωλὸς καὶ Πέτρον ᾔτει καὶ Ἰωάννην, τὴν τοιαύτην εἰσφορὰν εἰσφέρειν αὐτῷ, δεικνὺς, ὡς καὶ τοῖς κατ᾽ ἐκείνους τὴν ἀρετὴν εἰς προσευχὴν πορευομένοις ἀναγκαῖος ὁ περὶ τοὺς ἐνδεεῖς οἶκτος καὶ ἔλεος.

Τοῦ αὐτοῦ, ς. δ΄.

Ἀρκεῖ b) σοί φησιν, εἰς διδασκαλίαν καὶ τὴν ἐκ ταύτης ὑγείαν καὶ ἐπανόρθωσιν τὸ μόνον ἰδεῖν ἡμᾶς. Ἔασον οὖν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον, τὰ ξόανα καὶ σεβάσματα τῶν ἐθνῶν. Τὰ γὰρ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν

at, dicens: *ego sum janua:*

Ejusdem ex Sermone LXXIV. ad v. 3.

Propterea claudus & Petrum & Johannem orasse videtur, ut stipem sibi darent, ostensurus scilicet, qvod & illis, qvi ad eorum exemplum ad preces faciendas irent, misericordia & benevolentia in egenos commendata esse debeat.

Ejusdem v. 4.

Sufficit tibi, inqvit, in doctrinam, &, qvæ illi juncta erit, sanitatem ac restitutionem, ut videas nos. Mitte igitur argentum & aurum, simulachra & idola gentium. Idola enim gentium argen-

ἀρ-

a) θύρα] Johan. X.

b) ἀρκεῖ] MS. ἀρέσκει. Sed sensus legere jubet id, quod substituimus.

ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἃ, καθάπερ σὺ, πόδας ἔχει καὶ ἐ περιπατεῖ. c)

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ λόγου οδ. ϛ. ζ.

Διδάσκων, ὡς χρὴ μᾶλλον, ὃ ἔχει τις, τούτου μεταδιδόναι τοῖς ἐνδεέσι, εἴτε ἐν λόγῳ εἴτε ἐν ἔργῳ τυγχάνει· καὶ μὴ ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν τὸ κτῆμα λογίζεσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα ἐννοεῖν καὶ ἑαυτοῦ κατασπάζειν d) καὶ λέγειν· Τί ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες;

Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς ἐν τῷ τύπῳ τοῦ χωλοῦ τὴν ἐκκλησίαν διανέστησε Πέτρος καὶ Ιωάννης, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἀποστόλων ὁμοίως πρὸς τὴν θεογνωσίαν πάλαι

tum & aurum ſunt, qvæ æqve ac tu pedes habent, ſed non obambulant.

Ejusdem ex Sermone LXXIV. v. 6.

Oſtendit hic, qvod, qvæ qvis habet, ex iis pauperibus largiri oporteat, ſive ea ſermone, ſive opere conſtent, atqve adeo facultates ſuas non ſuas, ſed communes exiſtimare, ac meminiſſe datoris, ſibiqve ipſi ſubtrahere, & dicere: *qvid habes, qvod non accepiſti.* e)

Et poſt pauca: Sed videamus, qvomodo in figura claudi Petrus & Joannes, nec minus reliqvi Apoſtolorum Eccleſiam erexerint, olim in Dei cognitione ſibi

χω-

c) περιπατεῖ] Pſ. CXV. 7.

d) κατασπάζειν] hoc reſcripſi pro voce nihili κατεσπάδειν, qvæ erat in MS.

e) 1. Cor. IV. 6.

χωλεύουσαν, καὶ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῆς τῇ ἁμαρτίᾳ παρειμένην, διὰ τὴν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔης παράβασιν.

Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειρε, καὶ περιπάτει. Καὶ ταῦτα εἰπόντες καὶ λαβόμενοι τῆς δεξιᾶς χειρὸς αὐτοῦ ἤγειραν. Ου γὰρ ἂν δεξιάν τινα καὶ εἰς ἀρετὴν φέρουσαν πρᾶξιν ἐνεργῆσαι ἴσχυσεν, εἰ μὴ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν φυσικὴν αὐτῆς δύναμιν τοῖς διδάγμασιν ἐπέρρωσαν οἱ Απόστολοι, χειρὶ χεῖρας ἀνάψαντες, παραχρῆμα ἐστερεώθησαν αἱ βάσεις αὐτοῦ καὶ τὰ σφυρά. Εστησε γὰρ τοὺς πόδας εἰς τὴν πέτραν τῆς πίστεως.

Αμμωνίου, ς. ιβ.

Ιδὼν δὲ ὁ Πέτρος] Σημειωτέον, ὅτι κἂν σημεῖά τις ποιεῖ, οὐκ ὀφείλει ἐπαίρεσθαι.

paranda claudicantem, & ab utero matris ſuæ ex peccato per Adami & Evæ transpreſſionem contracto remiſſam.

Et poſt pauca: In nomine Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Atqve his dictis, apprehenſaqve manu ejus dextra, eum erexerunt. Neqve enim dexteram aliqvam & virtutis plenam actionem perficere potuiſſet, niſi dextram ejusqve naturalem facultatem præceptis ſuis Apoſtoli, manu manum tangentes, corroboraſſent. Et ſtatim confirmati ſunt pedes ejus, & tali. Pedes enim in petram fidei collocabat.

Ammonii v. 12.

Videns autem Petrus] Notandum eſt, neminem efferri debere, etiamſi miracula perpetret.

Θεοδοσίου Ἐπισκόπου τῆς Ἀγκύρ. ϛ. ιε.

Τὸν δ' ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς] Καὶ μὲν καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀρχηγός ἐστιν ἀθάνατος, ἀλλ' ἑνωθεὶς τῷ θνητῷ ἀπεκτάνθη, φησίν· ἡ γὰρ πρὸς θεὸν ἕνωσις οὐκ ἀφίησιν εἰς ἄνθρωπον μόνον περιγράψαι τὰ παθήματα. Διὰ τοῦτο δὲ τὸν μονογενῆ υἱὸν τὸν θεὸν καλεῖ Ἰησοῦν, τὴν προσηγορίαν ἐκ τῆς Μαρίας τεθεῖσαν τῷ βρέφει, ἐκείνου γεγονέναι δηλῶν, καὶ τὸν αὐτὸν πάλιν ἄνθρωπον καλεῖ, καὶ ἀρχηγὸν προσαγορεύει ζωῆς, τὸν αὐτὸν ποιητήν τε ὁμοῦ τῶν ἁπάντων δεικνύς, καὶ ἄνθρωπον θανάτου γευσάμενον.

Ἀμμωνίου, ϛ. ιϛ.

Καὶ ἡ πίστις, ἡ δι' αὐτοῦ) ὅτι διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ὑγιάζεταί τις. Δεῖ οὖν ἀμφοτέρων τὴν

Theodosii Episcopi Ancyrani V. 15.

Ducem vero vitæ] Et vitæ qvidem nostræ auctor immortalis est, inqvit, sed mortali corpori junctus occisus est. Unio enim cum Deo facta passionem ejus ad hominem tantum referri non patitur. Propterea & unigenitum filium, eumqve Deum, vocat Jesum, nomen, a Maria puero inditum, ejus esse proprium declarans: eundem vero itidem hominem vocat, ducemqve vitæ appellat, eundem & totius universi auctorem, & hominem morti qvondam obnoxium significans.

Ammonii. V. 16.

Et fides, quæ per ipsum,) qvia per fidem, qvæ in Christum est, aliqvis sanatur. Itaqve utriusqve fidem oportet

πίστιν

πίςιν συνδραμεῖν καὶ τοῦ ὑγιαζομένου, καὶ τοῦ ὑπερευχομένου. Ὅμοιόν ἐστι τοῦ παραλυτικοῦ καὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης.

conjungi, & ejus, qvi ſanatur, & illius, qvi pro altero precatur. Similia ſunt, qvæ de paralytico & femina ſangvinis fluxu laborante occurrunt.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους Τόμου β. ς. κβ.

Cyrilli ex Tom. II. in ep. ad Roman. v. 22.

Ὅτι Προφήτην ὑμῖν) Προφήτης ὠνόμασται διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὁ Ἐμμανουὴλ, ὡς ἐν τάξει Μωσέως, μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ διαπορθμεύων εἰς ἡμᾶς τοῦ ἰδίου πατρὸς τὴν ἀπόῤῥητον βούλησιν.

Qvod Prophetam vobis excitabit] Propheta vocatur Immanuel ob humanam naturam, tanqvam qvi, ad exemplum Moſis, mediator DEI & hominum fuit, & ad nos Patris ſui voluntatem, alioqvin abſconditam, pertulit.

Σευήρου ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Ἁλικαρνασσέα f) Συντάγματος.

Severi ex Syntagm. contra Halicarnaſſenſem.

Καὶ τὸ μὲν ὡς ἐμὲ τὸ σχῆμα τῆς νομοθεσίας δηλοῖ τὸ μόνον ἐκβεβηκὸς εἰς Χριστὸν οὐκ εἰς ἕτερον Προφήτην τινά.

Mihi qvidem ea, qvæ circa legislationem facta ſunt, illa innuere videntur, qvæ tantum in Chriſtum, non autem alium qvendam Prophetam qvadrant. Mani-

f) Ἁλικαρνασσέα] Eſt ille *Julianus*, de quo ſupra ad cap. II, 24.

Πρόδηλον γὰρ, ὡς διὰ Μωσέως ἐδόθη ὁ νόμος, ὃν καὶ κατὰ τὸ δευτερονόμιον ἐκ θείας ἐπιπνοίας ἐπλάτυνε, καὶ νομοθέτου δόξαν g) ἐκαρποῦτο καὶ ὄνομα, προτυπῶν h) τὸν ἀληθῆ νομοθέτην Χριστὸν, τὸν καὶ τὸν νόμον λαλήσαντα. Δι᾽ αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐν νόμῳ καὶ Προφήταις πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ὡς διὰ ἰδίου λόγου μονογενοῦς καὶ ἐνυποστάτου καὶ ὁμουσίου λελάληκεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. i) Τοσοῦτον γὰρ ἀξίωμα νομοθέτου καὶ δόξαν εἶχεν ὁ Μωυσῆς τῇ δόσει τῶν νομικῶν ὑπουργήσας πλακῶν, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸν τὸν νόμον Μωϋσέα καλεῖν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ. k) Καὶ μετ᾽

Manifestum enim est, per Mosen legem esse datam, qvam & juxta Deuteronomium divino afflatu actus diduxit, & legislatoris gloriam & nomen obtinuit, figura scilicet Christum verum legislatorem, & legem explicantem referens. Per ipsum enim & in Lege & in Prophetis multifariam & multis modis tanquam per proprium verbum, unigenitumqve & in se subsistentem ac ejusdem essentiæ locutus est DEus & Pater. Eum enim legislatoris titulum gloriamqve adeptus est Moses ministerio, qvod tabulis Legis exhibendis præstitit, ut ipsam qvoqve Legem Mosis nomine

g) νομοθέτου δόξαν] Vide *Joh.* I, 17. & *Galat.* III, 19. ubi Moses vocatur μεσίτης.

h) προτυπῶν] Ita scripsi pro προτάπων.

i) Hebr. I, 1.

k) γραφῇ] Respicit auctor, ni fallor, loca illa Novi Fœ-

μετ' ὀλίγα. Ἐπεὶ οὖν ἐν σχήματι νομοθέτου μόνος ἐν Προφήταις ὁ Μωυσῆς, διὰ τοῦτο καὶ μοναδικῶς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀποβλέπων ἔλεγε. Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ. l) Καὶ γὰρ ὥσπερ αὐτὸς τὴν νομικὴν εἰσήγαγε πολιτείαν, οὕτως ὁ Χριστὸς τὴν εὐαγγελικὴν, κατὰ τὸ τῆς ἑκουσίου κενώσεως μέτρον, μεσίτης ἀνθρωπίνως τῆς καινῆς διαθήκης m) καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας γινόμενος. Καθὸ γὰρ ὑπῆρχε Θεὸς, αὐτὸς ἦν ἑκατέρας πολιτείας καὶ πρύτανις καὶ δότης. Τοῦτον ἤτοι τὸν νομοθέτην

appellant Scriptura Sacra soleat. *Et post pauca:* Qvia igitur Moses solus inter Prophetas in habitu legislatoris conspicitur, propterea & ad Christum unice respiciens dixit: *Prophetam vobis excitabit Dominus DEus noster, ex fratribus vestris sicut me.* Sicut enim ipse legalem, ita Christus Evangelicam œconomiam introduxit, pro ratione voluntariæ exinanitionis, mediator Novi Testamenti & cultus spiritualis, qvod ad humanam naturam, factus. In qvantum enim DEus erat, in tantum utriusqve œconomiæ & dator & dominus erat. Hunc ipsum omnibus genti-

deris, in quibus Moses hoc vel illud præcepisse & statuisse dicitur, ubi Legis præcepta afferuntur. Vide v.c. *Matth.* IIX, 4. XIX, 7. *Marc.* I, 44. &c. Pertinet quoque huc, quod *Actor.* XV, 22. Moses dicitur in Synagogis prælegi, ubi sermo est de recitatione Legis.

l) Deuteronom. XIIX, 15.

m) Hebr. IX, 15. & XII, 24.

δοθῆναι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ οὐ καθὰ πάλαι μόνῳ τῷ Ισραὴλ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μελωδῶν ὧδέ πως ὁ προφήτης Δαυίδ· κατάστησον Κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτοὺς, γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι. n) Τοιγαροῦν καὶ δεξάμενα τὰ ἔθνη τὸν νομοθέτην τὸν ἐν σαρκὶ φανερωθέντα θεὸν ἔγνωσαν ἀληθῶς, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι διὰ τῆς εὐαγγελικῆς νομοθεσίας παιδευθέντες. Τί τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα; καὶ ὅτι χρὴ τὴν μὲν ψυχὴν ἀνακαθαίρειν τῶν τῆς ἀλογίας παθῶν, ὡς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν o) γενομένην, τῶν δὲ τῆς σαρκὸς ἡδονῶν ἀμελεῖν, ἵνα καὶ αὐτὴ p) τῆς ἐν τῇ

bus, non autem, ut olim, ſoli populo Iſraëlitico Legiſlatorem a DEO & Patre dari volebat Propheta David, ita canens: da illis, ò Domine, Legislatorem, ut cognoſcant gentes, ſe eſſe homines. Propterea & gentes, Legiſlatorem hunc in carne manifeſtatum recipientes ut DEum, vere agnoverunt, ſe eſſe homines, poſtqvam ſcilicet Evangelica diſciplina inſtituti fuerunt. Qvisnam vero proprius ejus character eſt? Is omnino, qvod animam purgare ab affectibus brutis oporteat, tanqvam qvæ ad imaginem & ſimilitudinem DEI facta ſit, inſuper vero habere voluptates carnis, ut & ipſa in reſurrectione di-

ἀναστά-

n) Pſalm. IX, 21.

o) ὁμοίωσιν] Excidiſſe hic opinor vocem τοῦ θεοῦ. Sermo enim eſt de imagine DEI, ad quam homo conditus ſit.

p) αὐτὴ] Ita lego pro αὐτῇ.

ἀναςάσ{ q) δόξης κληρονομήσειεν.

ΚΕΦ. Δ. ς. λ'β.

Σευήρȣ ἐκ τῆς πρὸς Πέτρον μονάζοντα ἐπιςολῆς·

Τȣ̃ δὲ πλήθȣς τῶν πιςευόντων) Τῆς γὰρ ἀγάπης ἴδιον τὸ πάντα λογίζεσθαι κοινὰ, καὶ τὴν διαφορὰν ἐκϐάλλειν, τὴν τὸ ἐμὸν καὶ σὸν διακρίνȣσαν.

h) Ὅμηρος] ubi hoc nomine Athenas appellet Homerus, non liquet. Fortasse etiam frustra quæretur, si Indici Homeri Seberiano sua fides constat. Nec magis mihi cognitum est, quam hic urbem velit Libanius.

τροις· καὶ γυναῖκας τίκτειν ὅμεια γονεῦσιν. i) καὶ λόγων ὥσπερ k) νῦν τὴν πόλιν ἐρᾷν· καὶ τῶν εὐδαιμονίαν Φερόντων ἀπεῖναι μηδὲν· ὅτι με ἰδόντες ἡμέρως ἡνίκα δὶ αὐτῶν ᾔειν, νῦν τετιμήκασι μειζόνως, οἷς ἔπραξαν τῷ νεανίσκῳ πρὸς δόξαν. Καὶ μή με οἴου τοῦτο λέγειν ὡς ὄντα Φαῦλον ἦγον εἰς δόξαν. l) ἀλλ' ὅτι m) μὴ φθόνῳ τὴν ἀλήθειαν ἔβαλον. ἐγένοντο δὲ τοῦ Φθόνου κρείττους πολῖται n)

mei & tui ſunt benefactores, dignique adeo coronis & votis. Precor itaque Deos & Deas omnes, ut terra ipſis copioſas fruges praebeat, ut aër ſit temperatus, & uxores fœtus edant parentibus ſimiles. Delectetur urbs ſemper, ut nunc, dicendi arte, nihilque deſit eorum, quæ felicitatem afferre poſſint. Me enim illac tranſeuntem benigne exceperunt, nunc autem πολίτην

i) ὅμοια γονεῦσιν] hoc præclarum olim habebatur, quia liberos Parentibus ſimiles pro genuinis, diſſimiles autem pro ſpuriis ducebant. Hinc *Horatius* IV. 6. *Laudantur ſimili prole puerpera.* Confer Heſiodum v: 182. Ἐργ. ibique *Gravium* p. 23. 24. & *Clericum*, p. 226.

k) ὥσπερ] ita *Barocc.* at Regius ἅπερ.

l) ἦγον εἰς δόξαν] *Barocc.* εἰς δόξαν ἤγαγον.

m) ὅτι] id malim cum *Barocc.* quam cum Regio ὡς, quod natum videtur ex ὡς proxime antecedente.

n) πολῖται] ita habebat *Barocc.* quo Regius deſtituitur. Frequenter ſcilicet uſu venit, ut civis civi invideat. Vide quæ Interpretes ad Matth. XIII. 57. ex profanis ſcriptoribus attulerunt. Adde *Picinellum* in Luminibus Reflexis ad h. l. Matthæi, *Andr. Schottum* in Adagialibus

πολίτην ἀγαπῶντες. Τούτου χάριν αὐτοῖς εἰδέναι δεῖ o) χάριν. Τὰ p) μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ πρὸς αὐτοὺς εὐχαί τε ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ κατ' αὐτῶν ἔπαινοι· σοὶ δὲ ἔνεστι τὸ δι' ἔργων ἀμείβεσθαι, καὶ πάντα ὑπουργῶν q) μηδέπω r) ἡγήσῃ τὸ πᾶν ἐκτετικέναι· ἴσθι μέντοι καὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν s) εἰδέναι τῇ πόλει χάριν· εἴρηται γὰρ t) περὶ τούτου u) ἐκείνης γνώμην μαρτυρίαν αὐτῇ

του

magno honore affecerunt iis, quæ in juvenis hujus gloriam & laudem fecerunt. Nolim vero, putes, me hæc eo dicere, quasi hominem indignum in gloriam evexerint, sed quod veritatem invidia non oppresserunt. Fuerunt enim omnino invidia superiores, quando civem cives amore complexi sunt. Hac de causa gratia illis habenda est. Quod igi-

N. T. p. 43. & *Jo. Lomeierum* in Diebus Genialibus Dec. II. Dissert. p. 77. sq.

o) δεῖ] restitui ex Codice *Barocc.* sensu etiam postulante.

p) τὰ] ita *Barocc.* recte pro τὸ Cod. Regii. Vota enim facit Libanius, & laudes civitatis celebrat.

q) ὑπουργῶν] ita recte *Barocc.* pro ὑπουργοῦντα Regii.

r) μηδέπω] *Barocc.* μηδὲν mendose: qui enim hoc conciliari possit cum sequente πᾶν ?

s) πόλιν] Addidi ex *Barocc.*

t) γὰρ] Non habet *Barocc.*

u) περὶ τούτου] Sic scripsi pro περὶ τούτων, quod erat in Regio. Libanius loquitur de judicio urbis, quod de Hyperechio recte tulerit.

τοῦ βελτίονος εἶναι· x) τὴν μὲν οὖν φιλοτιμίαν σου τὴν εἰς τὸν υἱὸν οὐκ ἐθαύμασα· νῦν γὰρ ἔχων, ἃ ὕστερον ἔμελλεν ἕξειν τῷ νόμῳ, ταῦτ' ἐποίησας δῶρον πατρὸς· y) θαυμάζω δὲ ὅτι πολλαὶ μὲν παρ' ὑμῖν z) κοῦραι ἀριστήων αἱ a) τὴν πόλιν συνέχουσι, σὺ δ' οὐκ ἐφρόντισας ὅπως ἴδῃς τάχιστα τοῦ παιδὸς παῖδας. Εἰ γὰρ καὶ ἤδη πάππος εὖ ποιῶν κέκλησαι· ἀλλὰ καὶ ταύτῃ σε πάππον κληθῆναι καλὸν·

tur a me in illos proficisci potest, id votis pro ipsis, & laude in ipsos collata, continetur. Tuum vero est re ipsa id rependere, neque, si omnia praestiteris, unquam putabis te omnia exsolvisse. Scias tamen, & nostram urbem gratiam habere civitati. Hujus enim de illo (filio tuo) opinionem pro testimonio habet sibi ipsi honorifico. Studium vero tuum, quod in filium probasti, non miratus sum. Cum enim

ἀλλ

x) τοῦ βελτ. εἶναι] Forte hæc est Libanii mens, urbem suam honori sibi ducere Hyperechii fortunam, quippe qui in sinu suo sit formatus.

y) νῦν γὰρ &c.] Hæc ita ex Barroce. constitui. Codex *Berolin.* mendose: νῦν γὰρ ἔ. ἃ. ὕ. ἔμελλον ἕ. τ. ν. ταῦτ' ἐποίησα δ. π.

z) ὑμῖν] ita *Berolin.* recte: *Barocci.* ἡμῖν, Mendose: neque enim Hyperechius amplius in urbe, ex qua scribebat Libanius, versabatur.

a) αἱ] sic scripsi ex *Barocc.* pro quo *Regius* οἳ, parum, si quid video, convenienter, cum non tam de Optimatibus, quam filiabus eorum, in civitate frequentibus, sermo sit.

ἄλλος δ᾽ ἂν ἔφησε κάλλιον.

animo præciperes, quæ inposterũ is ex merito accepturus esset, effecisti, ut ea omnia tibi ut Patri accepta ferat. Id vero miror, quod cum tot apud vos sint Optimatum, quæ civitatem opplent, filiæ virgines, operam non dederis, ut quamprimum filii videas filios. Quamvis enim vel nunc ex rebus bene gestis avus audias, certe & hac in parte avum te vocari pulchrum, imo, aliorum forte judicio, pulchrius foret.

XXI. Κλεάρχῳ.

Εἰ μὲν οἷός τε ἦν καὶ τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς ἄλλης σπουδῆς Εὐςοχίῳ κοινωνῆσαι, πάντως ἂν με εἶχεν ἀντὶ τῶν ἐμῶν γραμμάτων· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔςί μοι κινεῖσθαι, διὸ δὲ, ἐπίςασαι, δέομαί σου γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος ἂν ἐγένου παρόντος ἐμοῦ· νόμιζε δὲ μὴ μόνον ἐμοὶ δώσειν χάριν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν κτήσεσθαι φίλον· ὃν καὶ ἐγὼ κτησάμενος συνήσθην ἐμαυτῷ, οὐ μόνον τῶν τε λόγων εἵνεκα καὶ τῶν νόμων, ἐν οἷς ἀμφοτέροις οὐδενὸς ἀνὴρ ὑ-

XXI. *Clearcho.*

Si fieri posset, ut vel itinere facto, vel alio quocumq; studio, cum Eustochio essem, pro literis meis me ipsum haberet. Quoniam vero loco me movere non possũ, cujus rei causã nosti, precor te, ut talis in eum sis, qualis, me præsente, fores. Puta vero, hoc ipso te non solum mihi beneficium exhibiturum, sed & te habiturum amicum, quem & ego possidens mihi gratulatus sum, non solum ob eloquen-

ςερο·

ςερος· ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ὄντων χαλεπῶν οὐδὲν αὐτῷ χαλεπὸν, ὡς μὴ τῷ δὲ φανῆναι ῥᾷστον, ἐπιτάττοντος φίλου, μᾶλλον δὲ κἂν ὁ φίλος χρήζῃ μὲν, ὀκνῇ δὲ ἐπιτάττειν, αὐτὸς αὑτὸν δίδωσι τοῖς ἔργοις. Καὶ εἰ μὲν ἀπ' ἄλλης αἰτίας ἀφῖκτο νῦν ὡς ὑμᾶς, b) ἄθλους ἂν ἔδει σοι διηγεῖσθαι προτέρους· νῦν δὲ αὐτὸ, c) δι' ὅπερ ἥκει, καὶ πρὸς ὃ δεῖ σε βοηθεῖν, ἔστω σοι δεῖγμα τῶν τρόπων· μὴ θαυμάσαις δὲ, εἰ πολλοὶ μὲν ἐκεῖ μοι φίλοι, σοὶ δὲ ἐπέσταλκα μόνῳ. Τὸ πρᾶγμα γὰρ οὐ πολλῶν συνδεχομένων, ἠκο-

tiæ legumque peritiam, quo utroque nemini ſecundus eſt, ſed &, quod in rebus difficilibus nihil ad eo difficile & grave ipſi ſit, ut non facillimum videatur, amico poſcente. Imo talis is eſt, ut, ſi amicus petere neceſſe habeat, ſed vereatur, ſe ipſum opere eximium præſtet. Siquidem is alia cauſa ad vos veniſſet, labores ejus ſuperiores enarrare tibi oporteret. Jam vero id, ob quod venit, & in quo juvare eum debebis, argumento ſit, qui ejus ſint mores. Ne mireris vero, quod cum multos ibi amicos habeam, tibi uni ſcripſerim. Negotium enim

T

b) ὑμᾶς] ſic lego pro ἡμᾶς, quod erat in MS. Veniebat enim tunc Euſtochius ad Clearchum procul dubio, ut aliis commodo & uſui eſſet.

c) αὐτὸ] MS. habebat αὐτῷ. At ſenſus requirit αὐτο. De negotio enim illo loquitur, cujus cauſa veneras,

ἀλλ' ἑνὸς δεῖται, πράττειν εἰδότος. Σὺ δὲ οὗτος, d) ὁ πράττειν εἰδώς· τὸ δὲ βούλεσθαι καλῶς ποιεῖν ἠκολούθηκεν, ὑπάρχον μὲν καὶ πάλαι, νῦν δὲ ηὐξημένον. Εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες· ἀπόπεμπε δὴ τὸν ἑταῖρον, ὧν ἤκουσε παρ' ἡμῶν, ἀγγέλλοντα πλείω.

hoc opus habet non multis, vota ſua jungentibus, ſed uno, qui rem perficere poſſit. Tu vero is es, qui id ſciat, voluntas vero bene faciendi ſequetur, cum jam ante apud te fuerit, nunc autem creverit. Sunt enim, ſunt, qui hoc teſtentur. Remitte vero iſtum amicum noſtrum ita, ut plura, quam quæ a nobis audiit, referre nobis poſſit.

XXII. Θεμιστίῳ.

Ἀλλ' εἴη ταύτην δέ σοι τὴν γαστέρα κληρονόμους τεκεῖν· e) καὶ μὴ μόνον

XXII. *Themiſtio.*

Ita fiat, ut uterus ille heredes tibi pariat, eosque non faculta-

τῆς

d) οὗτος] MS. legit οὕτως.

e) τεκεῖν] Epiſtolæ hujus ſcribendæ occaſionem ita ediſſerit Scholiaſtes Codicis *Berolinenſis*: Ζητοῦντος τὸν Θεμίστιον τοῦ Λιβανίου τόκους καινοὺς, οὓς ἔτικτεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, ἐδήλωσεν ἐκεῖνος περὶ τοῦ γάμου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὡς οὐκ ἔστι νῦν ἐμοὶ καιρὸς τοῦ τίκτειν λόγους, ἀλλὰ παῖδας τῆς γυναικὸς, ἣν ἀρτίως γήμας ἐλπίζω καὶ πατὴρ ἔσεσθαι παί-

τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς σοφίας· ἣν δὴ λειμῶνος ποικιλωτέραν δεικνύων πάλαι κρατεῖς· εἰ μὲν καὶ τοὺς αὐτό σοι f) καλουμένους, οὐκ οἶδα· οἱ ῥήτορες δὲ ἡττήμεθα. Τέως μὲν οὖν τῇ Φρυγίᾳ συνέχαιρον, ἥ καί σε καὶ τοὺς γάμους ἐδέξατο· νῦν δὲ τῇ μεγάλῃ πόλει g) σέ τε ἀπολαβούσῃ καὶ τὴν νύμφην· μακαρίζω δὲ

tum ſolum, ſed & ſapientiæ, quam varietate magis, quam pratum aliquod, ſplendentem oſtĕdens, jampridē principatũ obtines; neſcio an etiam inter eos, qui eodem tecum nomine appellantur; at nos Rhetores certe inferiores ſumus. Tunc quidem Phrygiæ gratulatus ſum, quæ & te, & nuptias tuas vidit: nunc vero magnæ illi urbi, quæ & te & ſponſam

δῶν. Ταῦτα γὰρ ἐπαγγέλλεταί μοι τῆς γυναικὸς γαστὴρ ἐπειγομένη τεκεῖν, πρὸς ὃ καί συνεύχου ἡμῖν. Ταῦτα γράψαντος Θεμιστίου εὔχεται ὁ Λιβάνιος· ἀλλ' εἴη κ. τ. λ. Iſta quidem tam clara ſunt, ut verſione non indigeant. Summa verborum eſt, Libanium novas orationes, tanquam ingenii fœtus, CPoli editos, requiſiviſſe, a Themiſtio, qui reſponderit, ſibi jam non otium eſſe, orationes, ſed liberos gignendi, quos exſpectet ab uxore recens ducta & partui proxima, quem fauſtum felicemque nunc precetur Libanius.

f) αὐτό σοι καλουμ.] i. e. φιλοσόφους, ſecundum Scholiaſten.

g) μεγάλῃ πόλει] hoc nomine CPolin appellare ſolent veteres. Vide *Ezech. Spanhemii* notas ad Juliani Orat. I, p. 75.

καὶ τὸν οὐκ ἀπόντος σοῦ τὴν μεγάλην ὀψόμενον πόλιν· ὅτι αὐτὴν ὄντως ὄψεται μεγάλην. Τὸν μὲν οὖν τῶν πραγμάτων πόνον ἀνεθήκαμεν Κλεάρχῳ· παρὰ σοῦ δὲ Εὐστόχιος τιμηθήτω, τῷ νομισθῆναι ὅπερ ἐστίν· ἔστι δὲ καλὸς κἀγαθός· κἂν τοῖς πράγμασιν, ἃ φίλον σαφῆ ζητεῖ, πάντες ἐπ' αὐτὸν ἐρχόμεθα. Τίμα δὲ αὐτὸν καὶ τῷ μείζονι· καλῶ δὲ μεῖζον τὸ σῶν ἀκοῦσαι λόγων· οὓς εἰ μὲν καινοὺς δεικνύεις· κοινῆς θοίνης μεταλήψεται τὸ μέρος· εἰ δ' οὐκ ἐν τούτῳ νῦν εἴης, τοῖς παλαιοῖς αὐτὸν ἑστία· μᾶλλον δὲ πάντῃ αὐτὸν ἑστιάσεις καινοῖς· ὅτι γὰρ ἂν φθέγ-

suscepit. Felicem vero etiam statuo illum, qui, te non absente, magnam illam urbem visurus est: quia eam vere magnam videbit. Laborem negotiis perficiendis impendendum Clearcho imposuimus: a te vero Eustochius honoretur, quod fiet, si pro eo habeatur, qui est. Est vero probus & bonus. Itaque in rebus illis, quæ amicum prudentem requirunt, omnes ad eum recurrimus. Orna vero eum ea re, quæ major est. Majus vero appello, si tuas audire orationes possit. Eas si nunc quidem novas recitas, fac ut ipse pars communibus dapibus fruatur; si vero in eo jam non es, veteribus eum recrea. Enimvero undiquaque novis eum excipies dapibus: quicquid enim locutus fueris, id iis,

ξη

ξῃ ἐκ τῶν γεγραμμένων οὐ χεῖρον.

XXIII. Φλωρεντίῳ.

Ἀλλ᾽ ἔγωγε παραπλήσιον δοκῶ μοι ποιήσειν τοῖς ἐπειγομένοις μὲν ἰδεῖν τὸν ἥκοντα χρόνιον, τῇ προῤῥήσει h) δὲ κάτωθεν ἀπὸ τῆς κλίμακος χρωμένοις, πρὶν ἰδεῖν ὃν προσαγορεύουσιν· ἐκεῖνοί τε γὰρ τῷ i) λίαν ἐπιθυμεῖν φθάνοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, βοῶσιν· ἐγώ τε σοι μικρὸν ἀπέχοντι τῶν ὅρων ἐπιστολῇ δηλῶ τὴν ἡδονήν. Τὸν δ᾽ ἀνεψιὸν φιλῶ μὲν, ἐγγὺς δέ εἰμι ζηλοτυπεῖν, ὅτι ὁ μὲν ἀπολέλαυκε,

quæ ſcripſeris, non erit inferius.

XXIII. *Florentio.*

Ego vero idem facturus mihi videor, quod illi, qui amicum diutius morantem, ſed nunc adventantem, conſpicere properantes, in infima ſcala adhuc conſiſtentes, acclamatione utuntur ante, quam videant, quem alloquantur. Illi enim præ nimio deſiderio, oculos antevertentes, clamant, ego vero tibi, a finibus prope abſenti, per literas voluptatem meam declaro. Conſobrinum vero meum laudo, & parum abeſt, quin ipſi invideam: quod ille quidem eo jam poti-

T 3 ἐγὼ

h) Προῤῥήσει] Scholiaſtes Cod. Berol. exponit per προσαγόρευσιν. Legendum itaque videtur πρόσρησις, quæ quippe vox allocutionis habet notionem, cum πρόῤῥησις potius denotet *prædictionem.*

i) τῷ] ita lego pro τὸ.

ἐγὼ δὲ μέλλω. Τῆς μὲν τοι προνοίας εἰ τυγχάνοι μείζονος, οὐκ ἔτι ταύτῃ ζηλοτυπῶ· βουλοίμην δ' ἂν αὐτὸν Ἀθηνᾶς Διομήδην k) τυγχάνειν, ὅπως ἡμῖν καὶ σώζοιτο καὶ κρατῇ. l)

tus est, quo ego fruar inposterum. Quod si majori tua cura perfruatur, non equidem invidebo. Velim sane, eum Diomeden Minerve esse, ut & servetur nobis, & aliis præcellat.

XXIV. Δημητρίῳ.

Σύ με m) οὐκ ἐᾷς αἰτεῖν ὁ πάντα πέμπων πρὶν αἰτηθῆναι. Ὁμοῦ γὰρ ὑμῖν n) τέ τι παρὰ τῆς γῆς δέδοται· καί ἐμοὶ παρὰ σου· καὶ οὐκ ἔφθη τις εἰπὼν, ὡς ἀγαθη

XXIV. *Demetrio.*

Tu quidem non permittis me petere quicquā, qui mittis omnia, antequam oreris. Simulac enim vobis aliquid a terra datum est, datur & mihi a te. Neq; venit ante quisquam, qui diceret, quod fer-

k) Διομήδην] Diomeden innuit, ex rebus ad Trojam, Minervæ auspiciis, gestis, & ab Homero celebratis illustrem.

l) κρατῇ] Scholiastes Cod. *Berol.* explicat addendo τῶν ἄλλων. Post hanc epistolam ibidem exstabat alia ad Modestum, omisso tamen hujus nomine, data, quam ipse alias edidi in Centuria Epistolarum Libanii p. 6. sqq.

m)) με] sic scripsi pro μὲν ex Codice Barocc.

n) ὑμῖν τε] ita *Barocc.* pro ἡμῖν, quod habet *Berolinensis.*

θη γε τῶν ἀςυγειτόνων ἡ χώρα νῦν τὸ καὶ τὸ φύει καὶ ὁ σὸς οἰκέτης ἐγγὺς φέρων ἡμῖν, ἐφ' οἷς ἡ χώρα ἐπηνέθη· πῶς οὖν ἔςιν, ἅ τις εἴληφεν, αἰτεῖν, ὅπερ o) ἂν λάβοι· ὁ γεωργὸς, ὅταν ὁ Ζεὺς οὐχ ὕῃ, ὕσαι τὸν Θεὸν αἰτεῖ· ὕοντος δὲ χαίρει καθήμενος, ἀλλ' οὐκ αἰτεῖ.

tilis suburbanorum terra nunc hoc vel illud fructus loco ferat; quam servus tuus prope existens attulit ea, de quibus terra ipsa laudabatur. Quomodo igitur quis ea, quæ accepit, petere potest, ut accipiat? Ruricola, ubi cœlum non pluit, ut pluat Deus, orat: ubi vero pluviam is demisit, considens gaudet, sed non orat.

XXV. Δημητρίῳ.

Ἀλλὰ καλῶς μὲν ἐποίησε τὰ ὀνείρατα κινήσαντά σε· οὐ μὴν τοι οἶδα ὡς καὶ ὀνειράτων ἄνευ τοῦτ' ἂν ἐποίεις, ὃ πάλαι ἤρξω ποιεῖν, ἀπὸ τῶν χωρίων τῶν ἐμῶν· δεῖ γὰρ ἐκεῖνά τε ἐμὰ καλεῖν καὶ πάντα σά. Δοκεῖς γάρ μοι νομίζειν

XXV. *Demetrio.*

Bonum factum, quod somnia te excitarunt. Probe quidem novi, quod & sine somniis id omne facturus fuisses de prædiis meis, quod olim facere instituisti. Nam & illa mea vocare fas est, quæ tua sunt omnia. Persvasus enim videris esse, te esse injurium, si qua re frua-

o) ὅπερ] Barocc. ὅπως, forte rectius, certe clarius.

ἀδικήσειν, εἴ τινος ἀπολαύσῃς, οὗ μὴ καὶ ἐγώ. Ἐπεὶ δὲ τὰ δῶρά σοι οὐκ ἔστιν ἀμύνασθαι, δέχου παρ' ἡμῶν ἀντὶ ἐνυπνίου. Τὸν παῖδα κελεύσας ἅπτειν λύχνον ὡς ἐπιστείλαιμί σοι· ἐπεὶ δὲ ἔμελλε, κατέδαρθον· p) καὶ ἔδοξα παρ' ὑμῖν τε εἶναι καί σε ζητεῖν. Ἄγοντα οὖν μέ ἕνα δι' ὑψηλοῦ θεάτρου· γραῦν δέ ἕνα ἀγνοοῦσαν, ἐφ' ὅτι ἐχωροῦμεν, ὁδὸν ἑτέραν ἐκείνης r) ἡδίω δεῖξαι· καθ' ἣν ἰόντας ἐντυχεῖν σοι καθημένῳ πρός τινι νεῷ καὶ κήπῳ· τὴν δὲ ἀνάβασιν τὴν εἰς τὸν νεὼ βαθμοὺς οὐκ ὀλίγους ὑπὸ νέων πηδώντων κατέχεσθαι.

ris, qua non & ipſe fruar. Quoniam vero pavia dona referre non poſſum, accipe, quæſo, a nobis ſomnium pro ſomnio. Juſſeram ſervum accendere candelam, ut tibi ſcriberem: eo cunctante, obdormivi. Itaque videbar mihi apud vos eſſe, & te quærere: adeſſe vero, qui me per illuſtre theatrum duceret: anum autem, ignorantem, quo tenderemus, viam oſtendere aliam, illa amœniorem: hac euntes deferebamur ad te, templo cuidam & horto adſidentem: aditus autem in templum per gradus non paucos ab adoleſcentibus obſidebatur, mirantibus, quomodo cum Demoſthene in iis, quos con-

θαυ-

p) κατέδαρθον] MS. κατέδραθον mendoſe. Forma vocis petita eſt ex καταδαρθαίνω.

r) ἐκείνης] pro ἐκείνοις, quod erat in MS.

θαυμαζόντων ὅπως ἡμιλλῶ πρὸς Δημοσθένους λόγων τούτων δὴ τῶν κατὰ τοῦ Φιλίππου· σὲ δ' ἰδόντα μὲν ἡμᾶς ἀναστῆναι, τοῦ λέγειν δὲ οὐκ ἀποστῆναι, ὥστε τὶ καὶ ἡμᾶς ἀκοῦσαι· ἕν με ἠδίκησεν ἡ νὺξ, οὐκ ἐφύλαξα μνήμῃ τὸ ῥηθέν· σοὶ δὲ s) εἴτι τὸ τοιοῦτόν ἐστι πέμπε καὶ ὑπερευφραινε.

tra Philippum dicit, orationibus contenderes. Tu vero nobis conspectis surgebas, a dicendo autē non desistebas, adeo ut & nos audiremus nonnulla. At nox in uno mihi nocuit. Non retinui memoria, quæ dicebantur. Tu itaque, si quid ejusmodi in promtu est, mitte, quæso, & me recrea.

s) σοὶ δὲ] malim legere σὺ δ'.

INDEX I. LOCORUM SCRIPTURÆ SAC. EXPLICATORUM.

EXOD. XXV. 8. p. 149.
NUM. XVI. 47. p. 149.
DEUT. XVIII. 15. p. 137.
JOEL III. 1. p. 137.
AMOS V. 25. p. 152.

PSALM IX. 21. p. 138.
XVI. 10. p. 126.
XX. 3. p. 95.
LXXVII. 18. p. 104.

BARUCH III. 31 p. 153.
MATTH. XIII. 57. p. 289.
XXVI. 7. p. 100.

ACTOR. I. 14. p. 92.
v. 21. p. 93.
II. 1. 94.
2. p. 97.
3. p. 99.
7. p. 100. &c. &c.

III. 2. p. 129.
3. 4. p. 131. &c.
IV. 32. p. 139.
V. 1. p. 140.
VI. 8. p. 141.
9. p. 144.
20. p. 146. ſq.
VIII. 11. p. 156. ſq.
IX. 23. p. 163.
X. 2. p. 164 ſqq.
XI. 26. p. 172. ſq.
XIII. 30. p. 174.
XV. 3. p. 178.
XVI. 25. p. 182. ſq.
XVII. 30. p. 184.
XXI. 20. p. 186.
XXIII. 3. p. 187.
XXIV. 15. p. 189.
25. p. 192.

I. COR. XIV. 18. p. 103.
COLOSS. I. 18. p. 120.

INDEX II. SCRIPTORUM RUM CITATORUM.

A.

Acontius Rhetor. p. 265.
Acuſilaus: 257.
Ammonius: 92. 129. 133. 134. 140. 154. 156. 172.
Apollinaris 93.
Asclepiades de Ægyptiorum Philoſophia ſcriptor: 261.

B.

Baſilius 183. emendatus 190.

C.

Cleobulus Rhetor. 270.
Cyrillus Alexandr. 135.

E.

Elpidius: 262.
Epimenidis trias: 257.
Evagrius 167.
Eudemi hiſtoria 256. 257. 259. 260.
Euſebius 163.
Euſeb. Cæſar. 160.
Euſeb. Emiſſen. 146. ſqq.

H.

Hellanicus 253.
Heraclides Ægypt. 268.
Heraiſci ἀναγεγραφὴ 261.
Heſych. Presbyter. 155. 175. 177.
Hieronymus, Gr. Scriptor. 253.
Homerus 256. 279. 288.
Hyperechius 287.

J.

Jamblichus 203. 210. 240.

Nico-

N.

Nicolaus Presbyter 114. 116. 117. ex comment. in Amosum 151.

O.

Oecumenius emendatus 165. 168. 172. 174.
Oecumenii Interpres notatus 94. 188. &c.
Orpheus; vide Jndicem rerum.

P.

Papias lib. IV. Exegeseos Sermonum Domini 93.
Pherecydis trias Principiorum 257.
Plato 198. 203. 211. 212. 249. 232. in Sophista 247.
Porphyrius 203.
Proclus 212.

S.

Severianus Gabalensis pag. 96. 100. 106. 108. 115. 144. 151. 165.
Severus & Severianus passim confunduntur 96. & in præfatione.
Severus 94. 99. 107. seq. 109. 151. 163. 172. 178. 192. exposit. in Canticum: *Sanctus, Sanctus &c.* 120.
Epist. ad Abb. 177.
ad Anastasium 169. 181. 185.
ad Constantin. Exconf. 164.
ad Edessenos 176.
ad Episcopos 182.
ad Johannem militem p. 156.
ad Maronem 174.
ad Metram Præsidem 173
ad Misaëlem Cubicularium 186.
ad Monachos in monasterio Isaaci 152.
ad Petrum Monachum 139.
ad Phocam 139.
ad Solonem contra Euchetas 171.
ad Timotheum Alex. 175.
Oratio XXVIII. 3. pag. 178. XLVI. p. 161. XLVIII. pag. 97. LXXIV. p. 132. LXXVI. 127. CIX. 145. CXXIII. 128.
Resp. ad Eupraxium Cubicularium 117. 126. 141. sq.
ad Julianum Halicarnass. 119. 121. 135. 161.
Syntagm. contra Alogos 184.
adversus Codicillos Alexandri 189.
contra Testamentum Lampetii 182.
Socrates in Philebo. 233.

T.

Theodorus Heracleot. 159. sq.
Theodosius Episc. Ancyr. pag. 134.
Theophilus Alexander pag. 157.

INDEX III. EORUM, ad quos Libanius ſcripſit.

Ammianus 269.
Andronicus 274. 276.
Apollinarius & Gemellus 272.

B.

Baſſianus 270.

C.

Clearchus 292.

D.

Demetrius 296. 297.

E.

Elpidii Aſſeſſores 262.

F.

Florentius 295.

G.

Gemellus v. Apollinar.

I.

Italicianus 282. qui aliis Italianus.

M.

Maximus 287.
Meletius 275.

P.

Polychronius 266.
Priſcianus 268. 278. 281.

T.

Themiſtius 292.

INDEX IV. RERUM ET VERBORUM.

A.

αι & ευ in MSS. confunduntur. p. 110.
ἀγὼν & ἀγωνίζεσθαι qvid in foro & apud Rhetoras? 267.
ἀδης qvid p. 126. not.
Ægyptii qvid de 3. Principiis. 260.
Actiones ex intentione æſtimandæ p. 149.
Ægyptii qvid de Principiis Rerum. p. 198. qvid de triade. 260. ſq.
Αvος Babylon. Theolog. 258.
Αὸς Babylon. Theol. p. 258
Animalia noxia cur condita? 191.

ἀπα

ἀπὸ ὑπάτων i. e. Exconsul. p. 164.
ἀποφθέγγομαι qvam habeat emphasin p. 109.
Απασῶν Babylonicæ Theolog. 258.
Αρειον γένος 259.
Arbitrii libertatem Deus hominibus relinqvit. p. 177.
Arimanius Persarum. 259.
Ασσωρος Babylon. Theologiæ. 258.
Athenæ ἱερὰ ἀγκύρα 288.
αὐτοζωὴ, αὐτολόγος, αὐτοσοφία &c. vocatur Christus; 161.

B.

Babyloniorum de Principiis Rerum sententiæ. 258.
Βάλλ' οὕτως proverbium, 271.
Belus Babyl. Theologia: 258.
Βραβεύειν qvid? p. 166.

C.

Calumniæ in Christianos conjectæ; p. 105.
Catenæ MS. in Actus Apostol. & epistolas Catholic. excerpta p. 92. sq.
χρηματίζειν qvid? p. 172.
Christus cur a Patre dicatur resuscitatus. p. 119. 127. 174.
Christus ut θεάνθρωπος passus p. 134.
Christus mortuus, divinitate sua nec corpus nec animam destituit: p. 126.
Christus verus legislator p. 136.
Cur & quomodo post resurrectionem ederit p. 170.
Cur primogenitus ex mortuis? p. 120.
Christianismus debet fervide agi 140.
Circumcisionis institutæ causæ variæ p. 141.
Circumcisio typus baptismi. 143.
Cives civibus invident. 289.
Collatio IV. Evangelistarum cum duobus MS. Græcis, p. 48. sqq.
Collatio Dialogi Gregorii Nysseni de resurrectione cum MSS. continuata; p. 1. sqq.
Constantinopolis dicta μεγάλη πόλις· p. 293.
Credere alicui & in aliquem, quo discrimine dicatur? p. 179.
Chaldæi quid de triade Principiorum statuerint pag. 198. 252.
Chusorus Phœnicum 260.

D.

Damascius de Principiis Rerum MS. pag. 195. sq. ubi ex eo Excerpta.
Damascii lib. MS. a multis citatus: vide præfat.
Δαύκη Babylon. Theol. 258.
Deus & homo quomodo in agendo

gendo interdum conjungantur? p. 179.

F.

Fides sanandi, & pro eo precantis, conjuncta esse debet p. 135.

G.

Galilæorum dialectus 100.

Γονυκλισία in precibus quando recepta? 95.

Græci p. 232.

Gregorii Nysseni Dial. de Resurrect. cum MSS. collatus p. 1. sqq.

H.

Heraclidæ qui? 268.

Hρικεπαῖος Orphei 253.

Hesiodi trias: 256.

Homeri trias principiorum 256.

Hymnis Deus coli vult: pag. 182.

Hymnorum utilitas 183.

I.

Ἴλλινος Babyl. Theologiæ 258.

Impii adspectum piorum non ferunt p. 107.

Incestus Chaldæis & Persis frequentatus p. 141.

Josephus venditus Christi typus 144.

Ismaelitæ anno æt. 13. circumcisionem recipiunt p. 144.

Judæ suspendium & obitus 93.

K.

Καμῆφις Ægyptiorum 261.

Κεφαλὴ φίλη 271.

Κισσάρη Babylon. Theologiæ 258.

L.

Liberi Parentibus similes in felicitatis parte habiti 289.

Linguarum donum cur acceperint Apostoli? p. 102. sq.

M.

Magorum de tribus Principiis sententia p. 259.

Μαθεῖν & παθεῖν quid apud Græcos 285.

illa duo verba inter se in MSS. permutantur 285.

MSS. duo IV. Evangelistarum collata p. 48. sqq.

Martyrologium Pauli in compendio pag. 194. Ubi alias idem legatur? ibid. in not.

Μελαγχειρισμὸς & μελαγχειρίζειν quid? 188.

Metis Orphei 253.

Miracula cur sensim desierint? p. 171.

Mochus 260.

Moses Legislator p. 136.

Mundus mare est sensu mystico p. 178.

Μωυμὶς Babylonicæ Philosophiæ 258.

O.

Obduratio hominis ab ipso proficiscitur p. 193.

Οἶνος νέος quis? p. 106.

Opera non pariunt salutem: p. 166.

Ὅραμα, ὅρασις, θεώρημα & ἐνύπνιον quomodo differant? 112.
Ordinatio Ecclesiast. quando rata? p. 157.
Oromasdes Persarum 259.
Orpheus plures Deos statuit 198. quis sit ejus πρωτόγονος θεὸς? 200. 209.
Orphicæ rhapsodiæ 252. 254. 256.
Orphica trias 252.
Ovum Orphei 253.
ὡς ἐμέ· 272.

P.

Παθεῖν & μαθεῖν vid. μαθεῖν.
Pan Orphicæ Theologiæ 255.
πάρεδροι qui? 262.
Pauli martyrologium p. 194.
Pentecostes festo cur Spiritus S. effusus? p. 96.
Persæ: vide Magi.
Phanes Orphei 253.
Phœnicii quid de Principiis Rerum? p. 198. 260.
Platonis Trinitas 203. 240.
Precibus auditorum opus habent doctores Ecclesiæ pag. 173.
Principia rerum quam diverse exposuerint veteres, tradit Damascius, ex cujus Cod. MS. excerptum exstat pag. 198. sqq.
Principia tria multi Philosophorum statuerunt p. 198.
Psalmorum Davidis encomium 183.
Πρόῤῥησις quid? 295.
πῦρ ἐπιχεῖν proverbialiter dictum 264.
Pythagorei quid de Trinitate? p. 240.

R.

Retractatio tempestiva prodest p. 188.

S.

Sabbati via milliari uno constabat p. 93.
Scriptura S. unice contra hæreticos uti decet p. 111.
Sidonii quid de 3. Principiis? 259.
Simulatio num Paulo tribuenda? p. 188.
Stadia 7. conficiunt unum milliare p. 93.
Stare & sedere quid in Scripturis inferat? p. 153.
συκίνη ἐπικουρία, 268.
συναγορεύειν quid? 280.
Syncatabasi utebantur Apostoli p. 186.
Syri p. 232.

T.

Ταυθὲ Babylonicæ Theologiæ 258.
Τήθη vox πολύσημος. 270.

V.

Vlomus Phœniciorum 260.
Votum pro urbis salute 289.

ERRATA.

ERRATA.

Pag. 142. *carnisu* leg. carnis.

pag. 144. & 165. pro Σευήρου leg. Σευηριανοῦ, quamvis prius illud in MS. exſtabat.

p. 155. l. 7. *indigeret*: leg. *careret*.

p. 156. leg. 4. CAP. XIV. leg. CAP. VIII.

p. 164. l. 20. *Prius*, leg. Pius.

p. 167. l. 21. *opera incredulitati* leg. operibus incredulitas.

Reliqua leviora errata, inprimis in Latina verſione obvia, omitto.

ANECDOTA GRÆCA,

SACRA ET PROFANA,
EX CODICIBVS MANV EXARATIS
NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA,
VERSIONE LATINA DONATA,
ET NOTIS ILLVSTRATA

A

IO. CHRISTOPHORO WOLFIO,
Paſtore ad D. Cathar. Hamburg.
& Scholarcha.

TOM. IIII.

HAMBURGI,
Apud THEODORUM CHRISTOPHORUM FELGINER,
A. C. CIↃ IↃ CC XXIIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

*NOBILISSIMO, AMPLISSI-
MO, ERVDITISSIMOQVE*

DOMINO

JOANNI GRAM-
MIO,

PROFESSORI GRAECARVM LITE-
RARVM IN ACADEMIA HAF-
NIENSI CELEBERRIMO,

DE LITERIS ET ANTIQVITATI-
BVS GRAECIAE JAM PRIDEM OPTI-
ME MERITO, ET ADHVC PRAE-
CLARE MERENTI,

QVARTVM HOC ANECDOTORVM
VOLVMEN,

IN GRATI ANIMI ARGVMENTVM,
PRO COMMVNICATO SECVM

PLVTARCHI PRO NOBILITATE

OPVSCVLO,

CVM VOTO OMNIGENAE PROSPERITATIS, FIRMAE VALETVDINIS,

ET FELICIS PRAETEREA SVCCESSVS,
IN LITERIS HIS ORNANDIS
AMPLIFICANDISQVE,
INSCRIBIT
EDITOR.

PRÆ-

PRÆFATIO.

PAucis accipe, Benevole Lector, quæ in IV. hoc Anecdotorum Volumine tibi exhibeantur. Primo loco conſpicis continuationem excerptorum ex Catena MS. in Actus Apoſtolicos & Epiſtolas Catholicas, quorum partem Tomo III. ſuppeditare me meminiſti. In his placebunt, ni fallor, inprimis duo Athanaſii fragmenta adhuc ἀνέκδοτα ex ſermonibus ejus adverſus Novatianos.

Proxima eſt Collatio *Synodici*, a præſtantiſſimo quondam inter Anglos Præſule, *Guilhelmo Beveregio* editi, cum tribus Codd. MSS. quorum tamen unus fere omnem paginam implet. Illam ego ab Amico quodam in Anglia accepi, qui idoneis indiciis certum me faciebat, collationem iſtam a GUILHELMO LLOYDIO, Præſule itidem Anglicano, cujus ampla in Eccleſiaſticam &

omnem antiquitatem merita non ignoras, profectam esse, qui scilicet sua manu istas lectionum varietates ad exemplum suum Synodici alleverit. Multæ earum, fateor, a *Voello* & *Justello*, aliisque, qui hanc doctrinæ partem diligenter tractarunt, commemoratæ sunt. Sed vel sic tamen operæ pretium duxi, easdem novis his tibicinibus partim adstruere, partim amplificare. Unde Codices illos habuerit Vir doctus, nusquam vidi annotatum. In eo igitur acquiescendum erat, ut suis singulos literis à se invicem distinguerem. Huic opellæ, argumenti similitudine adductus, subjeci emendationes *Claud. Salmasii*, τȣ͂ πάνυ, manu ipsius ad *Christoph. Justelli* Codicem Ecclesiæ Africanæ consignatas. Eas liberali curæ eruditissimi nobisque amicissimi JO. ALBERTI FABRICII gratus debeo, qui etiam hoc modo de literis præclare mereri cum voluptate consuevit.

Posthæc offerunt se tibi variæ eruditorum Virorum animadversiones ad HESYCHII Glossarium. Earum aliæ a Q. SEPTIMIO FLORENTE CHRISTIANO, τῷ κρατικωτάτῳ, profectæ sunt, quas ipse ad suum Hesychii exemplum, ex edit. Aldina anni 1513. manu, minus luculenta, & oculos

culos paſſim fallente, alleverat. In eodem exemplari aliam quoque, neſcio cujus, manum, obſervavi, & præterea ſemel atque iterum DOMINICI BAUDII (non *Barlæi*, quod p. 172. præceps ſcripſi) ad quem idem Codex poſtea perveniſſe videtur. Addidi illis EDUARDI BERNARDI, Viri in his quoque literis magni, & in peregrinis vocibus illuſtrandis, comparandisque τῶν LXX. locis ſolertiſſimi, animadverſiones, quas ex editione Heſychii Schreveliana, quæ hodie ex legato ejus in Bibliotheca Bodlej. ſi exſtat, deſcripſi. Accedunt denique JO. VITI PERGERI caſtigationes, quas, quippe copioſiores, tantum quod ad literam A hac vice proferre licuit. Has acceptas feres laudatiſſimo *Fabricio* noſtro, in cujus Bibliotheca integræ, manu exaratæ, exſtant. Citationes veterum Scriptorum, quas ſubinde hic invenies, præſtare non auſim: neque enim ſub examen eas revocare nunc quidem aut integrum aut volupe mihi fuit, illis ſcilicet hanc operam relinquenti, qui tandem aliquando Scriptorem depravatiſſimum priſtinæ integritati vindicare adgredientur. Quod ad *Florentis* animadverſiones attinet, earum nonnullas, ſed paucas illas, ex edi-

tis ejusdem commentationibus petitas, *Schrevelius* attulit, ſed interdum corruptas. Vide v. c. vocem ἀναίκλεια. Adde vocem ἀναῤῥησιν & Φάλαι. Obſervavi præterea, annotationes *Sopingii*, ab eodem *Schrevelio* publicatas, cum *Florentis* illis frequenter convenire, etiam quod ad verba. Vide, ſi placet, vocem σησαμοειδής. De *Pergero* nihil ab eruditis traditum invenio. Acumen is ſuum, & non levem harum literarum uſum, ſat ſcio, hujus diſciplinæ peritis teſtatum faciet. Utinam in lucem proferantur *Ludolphi Kuſteri*, τοῦ γραμματικωτάτου, in Heſychium curæ! Illas usque ad literam η ab ipſo perductas eſſe, totumque Gloſſarium induſtriam VV. CC. *Franc. Sevini*, & *Claudii Sallerii*, Sociorum Acad. Regiæ Inſcriptionum & literarum elegantiorum, ab aliquot annis excercere, tum aliunde, tum ex Hiſtoria Academiæ illius Tom. III. in vita *Kuſteri*, pag. LVI. conſtat. Non contemnenda præſidia afferre ad hanc provinciam ornandam poterat incomparabilis Bibliotheca, quæ inter Batavos eſt, Lugdunenſis. Illa enim copiam facit eorum, quæ *Th. Bruno, Franciſc.* & *Adrianus Junii*, itemq; *Joſ. Scaliger* ad oras exemplarium ſuorum adſcripſerunt. Harum curarum

rarum Specimina inposterum forte exhibebo. Quibus si *Isaaci Vossii* observata, quæ *Groningæ* latere audio, accesserint, haberent eruditi, de quo & *Hesychio*, & sibi gratularentur. Sed hæc alias.

Extremum locum non postrema hujus Voluminis pars PLUTARCHI, Chæronensis, opusculum ὑπὲρ εὐγενείας sive *pro Nobilitate*, à fine deficiens, occupat. Illius ego ἀπόγραφον primum a Rev. *Jo. Laur. Moshemio*, Doctore & Professore hodie Theologo in Academia Julia, hujusque & literarum ornamento, deinde vero codicem ipsum, in membrana exaratum, à Celeb. *Joanne Grammio*, Græcarum literarum in Academia Hafniensi Professore, a quo Græcia vetus insignem lucem accepit & ampliorem exspectat, feliciter nactus sum. Membranæ illæ uno alterove ante inventam Typographiam sæculo, meo judicio, luculente quidem, sed non sine frequentibus oscitantis librarii indiciis, exaratæ, passim emendationi locum fecerunt. Veterum Scriptorum loca, a Plutarcho allata, omissa in his penitus erant, asterisco vicem eorum supplente. Vix vero Latina opusculi versione perfunctus eram, cum faustis ominibus ad me perfertur Latina

na *Arnoldi Ferroni* * Burdegalensis, regiique Consiliarii, interpretatio, quæ *Lugduni* apud *Seb. Gryphium* 1556. 8. prodiit. Eleganter & erudite illa confecta est, atque veterum testimonia integra Latine, sed sine additis, ubi exstarent, locis exhibet. Atque hanc ipsam, doctorum oculis pene subductam, & à me nonnunquam emendatam, cum Græcis in lucem profero, additis, si pauca exceperis, Auctorum testimoniis, quæ non sine cura aliqua ex monumentis eorum adhuc exstantibus conquisivi. Partem Opusculi ex illo, quod dixi, apographo Celeb. *Fabricius* noster nuper Bibliothecæ Græcæ Volumini XII. p. 268. sqq. Græce inseruit, & integrum a me, quantum ejus exstaret, exspectare jussit.

Quo Codice Græco usus sit *Ferronus* ad interpretationem suam perficiendam, nec in Dedicatione, nec alias, ab eo video admonitum. Quod ut Lectori pateat, ipsam libelli Dedicationem, dignam lectu, ad *Margaritam*

* De doctrina Viri, insignibusque in literas meritis lege præter *Scævolam Sammarthanum* lib. II. Elogiorum n. VI. *Jac. Aug. Thuanum* in Histor. Lib. 35. & hinc *Anton. Teisserium* in Elogiis Thuaneis Part. I. p. 230. tum vero *Vignierium* in Biblioth. Hist. Tom. IV. & ex nostratibus *Freherum* in Theatro Illustrium Virorum p. 847.

garitam Valesiam, *Henrici Regis Franciæ sororem*, *Biturigum Ducem*, adſcribam. Illa ita omnino habet:

MARGUERITÆ VALESIÆ HEROINÆ
ARNOLDUS FERRONUS
S. D.

Inter mille neces, duriq; incommoda belli
Quis putet Aonias poſſe juvare deas?
Me Regina juvant.

Sit enim hæc tui nominis compellatio veriſſima, dum te Regiam prolem Regno omnes digniſſimam fatentur: præſertim ſtudioſi omnes, qui mirabiliter favemus dignitati tuæ, quam ſtudiorum provehendorum cauſa (ſi quid accedere poteſt ad ſummum erga te ſtudium incredibilemque voluntatem) jampridem geſtimus cumulatam omni ornamentorum genere & videre, & venerari. Ego autem etſi nemini concedam, priores ut ferat partes, in te obſervanda & colenda, denuntiationem tamen benevolentiæ hujus, cur tam diu diſtulerim, volui ſuaviſſimi Poëtæ verſibus declarare. Quod enim tempus tranquillitati ſtudiorum meorum reſervaram, id tanta mole agitatum eſt moleſtiarum, qua domeſticis naufragiis, qua publica calamitate, qua acerbiſſima peſte graſſante, omnia ut jam ita affecta, imminuta, debilitata, haberentur deleta, ut convulſa

ex-

exstinctaque viderentur: vixque reditus ad vetera studia excolenda patuerit. Ut autem primum patuit, hortante Godofredo Calmontio, politissimo homine, tibique deditissimo, disquirere cœpi, ut tua dignitate non indignum aliquid tibi è veteri philosophia offerrem, cujus studia jampridem renovanda nobis existimavimus, ut & ingenium curis hisce relevaretur, & oblectaremus homines, ab iis non abhorrentes, qua re cumque tandem possemus. Hoc autem tempore offerimus Plutarchi Chæronei libellum, magna cura conscriptum in obtrectatores nobilitatis. Cui enim patrocinium nobilitatis potius, quam tibi, deferendum putarem, prorsus habui neminem, quæ nobis Paulinas, Sulpitias, Telesillas, Eurycleasque refers: cujus modestia summaque potius eruditio non solum notissima est studiosis, sed etiam admirabilis sæpe doctis visa est. Accidit autem olim commentantibus hæc nobis risu res non indigna: familiaris enim meus, unus ex iis, qui militiam sequuntur, cum videret Plutarchi librum pro nobilitate, excandescere cœpit, Divum hominumque fidem implorare, rogare, ubi illud esset scelus, ubi semissis homo, ubi simiolus, qui sic in nobilitatem inveheretur: vix erat compos animi, ita ardebat iracundia, referret ut vultu ipso & verbis è veteri Comœdia iratum hominem, qui ipsum se exstincturum minatur, primum qui illud produxit scelus: tum autem illum ipsum obtrectatorem nobilitatis (inquiebat) vah quibus lacerarem modis! Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem, ipsi eriperem oculos, post hæc præcipitem darem: cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem: reliquias omni-

um

um ſanie delibutas diu vexarem, ſaxa ſpargerem tabo & atro ſangvine. Ridet ille nobilitatem verbo? At ego cupio hunc gladio ἀντιμυκτηρίσαι. Quid quæris? vix tandem ad ſe rediit, vix placare hominem potui, cùm docerem, non ita Philoſophoram diſſidentes ſententias gladio eſſe dirimendas, illis potius verbis: DISSEREBANT, EGO CONTRA NEGABAM. In mentem tum mihi venit Lucii Gelli, hominis non mali, de quo non infacetum illud & à multis ſæpe cavillo impetitum relatum eſt. Cum Proconſul Athenas veniſſet, Philoſophos domum ad ſe evocaſſe Stoicos, Academicos, Cyrenaicos, Epicureos, Peripateticos, hisque authorem fuiſſe, ne ita pro dogmatibus ſuis contenderent: æquum eſſe tandem aliquando, litium aliquem facerent finem: ſi tandem de jure ſuo remittere unusquisque volet, poſſe hæc conciliarii docebat, operam ſe illis ſuam deferre, qua ſæpe Romæ diſſentientes etiam de rebus graviſſimis arbiter conciliaſſet. Acutum hominem, qui Philoſophorum contentiones ad forum arbitriumque revocaret. Atqui non tam bene cum rebus humanis agitur, ut, meliora quæ ſint, pluribus placeant. Eſt omnino contentionum Philoſophicarum, quam forenſium alter exitus: ut, qui victus ſit, melior peritiorque evadat, qui vicit, modeſtior & diligentior. Neque vero in tanto unquam honore philoſophia fuiſſet, niſi peritiſſimorum diſceptationibus diſſenſionibusque viguiſſet. Paucis hæc contenta judicibus multitudinem conſulto averſatur. Sed hæc alterius ſunt temporis. Tu, velim, ut ſoles, humanitate tua literas tueare: ego, quæ ad tua ornamenta, eximiumque erga eas animum pertinere videbo, omnia,

igno-

ignota ne sint posteritati (si quid possunt mea scripta) dabo operam : quæ cum exsequar, humanitatem tuam erga literatos æmulabor : beneficia non assequar. Vale. Hactenus ille.

Nihil hic, aut alibi, de MS. Opusculi hujus Codice, quo usus est *Ferronus*, traditur. Id tamen ex interpretatione, cum MS. nostro comparata, apparebit, eum cum nostro plerumque consensisse, etiam iis in locis, qui manifeste in mendo cubant: quemadmodum & ibi à fine deficit, ubi noster μείκρος est. Interdum tamen Ferronianas membranas rectiores & pleniores fuisse necesse est, quod hinc ex varietatibus lectionum, hinc ex lacuna una alteraque nostri, & inprimis ex adductis veterum locis, qui a nostro itidem absunt, apparet.

Ceterum tractatum ipsum genuinum Plutarchi fœtum esse nemo, puto, dubitabit. Scriptio ejus ingenium, doctrinam, lectionisque varietatem, imo & stilum refert. Provocat semel iterumque ad scripta sua, quibus Stoicos oppugnavit. Tale scriptum ὑπὲρ εὐγενείας a Plutarcho olim profectum esse, testem habemus in Indiculo scriptorum ejus *Lampriam*, n. 192. ubi περὶ εὐγενείας inscribitur libellus, qui in Codice nostro rectius

ctius & convenientius tractationi ὑπὲρ εὐγενείας i. e. *pro Nobilitate* dicitur exaratus. Duo fragmenta egregia, quæ in his conſpicis, à Stobæo præterea in Florilegio ſub Plutarchi nomine afferuntur, quæ ſuis locis indicavi & cum MS. contuli. Ex recentioribus *Seldenus* in præfatione ad librum *de Titulis honorum*, *Stobæo* præeunte, illius mentionem fecit. Habuit vero etiam *Pompejus Caimus*, Medicus quondam & Profeſſor Patavinus, quem in exiguo de eodem argumento libello locum quendam ex iſto Plutarchi opuſculo proferre, qui nec in MS. hoc, nec apud Stobæum, exſtet, laudatiſſimus *Grammius* obſervat. Fortaſſe itaque ad illius manus perfectior noſtro Codex pervenerat, niſi ſuſpicari malis, locum à *Caimo* allatum, ad illas pertinere lacunas, quas Latina Ferroni interpretatio ſupplet.

Quod ad tractationis conditionem attinet, ea nata mihi videtur ex ſermone familiari, qui Plutarcho cum *Ariſtodemo* quodam, quem Latina verſio in margine paſſim, ut diſputantem, appellat, olim interceſſerat. Hujus ille exceptionibus ſatisfacit, eaque præterea confutat, quæ, dubiorum

loco

loco, ex *Herodoto*, *Aristotele*, *Euripide*, *Chrysippo* & aliis, vel vere, vel falso, urgeri possent. Interim cum Aristodemo præcipue ipsi res est. Animus mihi erat, curas quasdam posteriores, ad tres priores horum Anecdotorum Tomos his subjicere, quæ mihi ante scripta recognoscenti, vel ab eruditis admonito, subnatæ sunt. Sed præsens pagella eas nunc non capit, & in præfationem ad Tom V. reservari jubet. Unum tamen addere licet. Tom. III. p. 288. in epistola XX. *Libanii* οἱ τῆς ἱερᾶς Αγκύρας sunt *incolæ urbis Ancyranæ*. Homerus vero Αθηνάων ἱεράων meminit Odyss. I. v. 322. Itaque delendam esse intelligis notam *b*. Ita vale, humanissime Lector, & V. Volumen, Deo annuente, exspecta. Dab. Hamburgi IV. Kal. Octob. An. CIƆIƆCCXXIIII.

Con-

Continuabimus Excerpta ex Catena MS. in Actus Apostolicos & Epistolas Catholicas, quæ Tomo III. p. 92. sqq. dare cœpimus. Atque iis quidem, quæ in Acta attulimus, proxime subjiciemus loca *Didymi* nonnulla, in superioribus omissa.

ΠΡΑΞΕΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩΝ.	ACTORUM APOSTOLIC.
ΚΕΦ. Β. ϛ. ε.	CAP. II. v. 5.
ΔΙΔΥΜΟΥ. a)	DIDYMI.
Ἦσαν δὲ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ]	*Erant vero habitantes Hierosolymis.*
Τὸ ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἁπλούστερον ἐκληπτέον, ἵ-	Voces: *ex omni gente*, latius sunt accipiendæ,

A σον

a) Sunt hæc procul dubio Notæ *Didymi Alexandrini*, Scriptoris Seculi IV. ex cujus innumeris scriptis perpauca opuscula ætatem tulerunt, ut proinde fragmentis eorum tanto magis tribuendum videatur. Lege huc eruditissimi *Jo. Alberti Fabricii* nostri Bibliothecam Græcam Volum. VIII. p. 351. sqq. In Acta eum scripsisse nusquam video memorari. Ex sequentibus tamen locis nonnullis verisimile id a nobis, si non certum, reddetur.

σον δυνάμενον τῷ· b) ἀπὸ πολλῶν. Μᾶλλον δέ τις βιαιότερον ἐπιχειρήσει, λέγων, ἐπὶ τοὺς εὐλαβεῖς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ, φησι· τὸ ἀπὸ παντὸς ἔθνους δηλοῖ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ ὄντων, οἷον λόγου χάριν ἔστωσαν c) τὰ πάντα ἔθνη ἑβδομήκοντα. d) Ἀπὸ τούτων τῶν ἑβδομήκοντά τινα ἔθνη ἐτύγχανον ἐν Ἱερουσαλὴμ, φέρε ἀπὸ τούτων εἴκοσιν οἱ ὄντες εὐλαβεῖς Ἰουδαῖοι ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐλάλουν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. e) ὡς τὸ ἀπὸ παντὸς ἔθνους, μὴ καθάπαξ εἰρῆσθαι,

ut idem scilicet valeant, quod dixeris; *ex multis gentibus.* Alius efficacius forte dixerit, sermonem hic esse de Judæis piis, Hierosolyma habitantibus, ut indicentur homines Hierosolymis ex quacunque gente versantes. Sic v. c. ponamus gentes in universum omnes esse septuaginta. Ex istis septuaginta, erant nonnullæ gentes Hierosolymis, v. c. viginti earum, ex quibus pii Judæi, Hierosolymis tunc versantes, magnalia Dei prædicabant. Itaque

ἀλλὰ

b) τῷ] ita scripsi pro τὸ, sensu, ut puto, postulante.

c) ἔστωσαν] in MS. legebam: ἤτωσαν.

d) ἑβδομήκοντα] Tot enim numero gentes statuunt imprimis Judæi, &, qui eos imitantur, Christiani nonnulli, ad Noachi scilicet nepotes totidem, vel septuaginta filios Israëlis, qui Ægyptum ingressi sunt, provocantes. Vide inprimis *Jo. Buxtorfii* Dissert. de Confusione Lingvarum p. 78. sq.

e) ἐλάλουν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ] Hæc quidem in textu Apostolico non ad τοὺς εὐλαβεῖς Ἰουδαίους, sed ad Apostolos, quos illi loquentes audiebant, referuntur.

ἀλλὰ τοῦ ὄντος ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ. Ἐὰν δὲ ἔθνη εἴκοσιν ὑποθώμεθα ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ εἶναι, μὴ νομιζέτω τις, ἐξ ὁλοκλήρου τὰ εἴκοσι ἔθνη εἶναι ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἀπὸ τούτων τινὰς ἀνθρώπους. Συμφώνως τούτοις f) νοῆσαι σπουδαστέον καὶ τὴν προφητείαν τοῦ Ἰωὴλ g) τὴν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγουσαν· Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, ἀλλὰ τὴν παρεσκευασμένην δέξασθαι τὸ πνεῦμα, δίδοσθαι αὐτὸ ῥητέον.

voces: *ex omni gente*, non ſimpliciter & ſtricte accipiendæ ſunt, ſed de iis tantum, quæ fuerint Hieroſolymis. Dum vero viginti gentes Hieroſolymis fuiſſe ſupponimus, nemo putet, viginti illas integras fuiſſe ibidem, ſed de nonnullis earum hominibus id interpretetur. Atque his convenienter intelligi quoque debet Prophetia Joëlis, ſub Dei perſona ita prolatum: *effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*, ubi caro de illis intelligenda eſt, qui præparati erant ad recipiendum Spiritum, qui dabatur.

ς. ιζ. Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὅταν οἱ φοροῦντες τὴν

Verſ. 17. Effundam de Spiritu meo.

EJUSDEM.

Quando illi, qui ima-

 gi-

f) τούτοις] Sic ſcripſi pro τούτους.

g) Ἰωὴλ] II. 28.

εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, h) τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ μετειληφότες λέγουσιν· ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σοῦ Κύριε. i) Δίδοται δὲ καὶ ἐπὶ γῆς τέρατα, πάντων ἐθνῶν ἀναχωρούντων τῶν πατρῴων ἐθῶν τε καὶ θεῶν, ἐπὶ τῷ δέξασθαι τὴν ἔκχυσιν τοῦ πνεύματος· καὶ κατὰ τὸ πνεῦμα θεῖα χαρίσματα τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις εἶναι τὰ τέρατα.

ginem cœlestis præferunt, & lucis veræ redditi sunt participes, dicent: *signata super nobis est lux faciei tuæ, o Domine.* Edita vero sunt etiam in terris miracula, quando gentes omnes a patriis moribus & Diis recesserunt, recipientes effusionem Spiritus Sancti, ex quo fit, ut divina secundum Spiritum dona hominibus, in terra viventibus, miraculorum loco haberi debeant.

ϛ. κά. Καὶ ἔσται, Πᾶς ὃς ἐὰν ἐπικαλέσηται. κ.τ.λ.

Ως ἀληθεύεται τό· k) Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, μὴ ἀριθμουμένων εἰς πάντας τοὺς αἰτουμένους τῶν κακῶς αἰτούντων. Ο γὰρ κακῶς αἰτῶν οὐκ αἰτεῖται. Ουτως ἀληθές ἐστι τό. Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται

Vers. 21. *Et erit: Quicunque invocaverit* &c.

Itaque vera sunt illa Christi verba: *Omnis, qui petit, accipit* modo ne inter omnes illos numerentur, qui male orant. Qui enim male orat, non orat. Hoc sensu verum est illud:

τὸ

h) τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου] 1. Cor. XV. 49.

i) *Psalm.* IV. 7.

k) *Matth.* VII. 8.

τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται, οὐ συμπεριλαμβανομένων τῶν ἄνευ τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, λεγόντων τὸν Ἰησοῦν Κύριον, καὶ διὰ τοῦτο δοκούντων ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἑτέρως οὐ ταυτὸν τὸ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ λέγειν αὐτό. Ὁ μὲν γὰρ εὐχόμενος καὶ τυχεῖν τινος ἀγαθοῦ βουλόμενος ἐπικαλεῖται, ᾧ ἀκολούθως γίνεται σωτηρία· ὁ δὲ προσποιούμενος εἶναι δοῦλος, λέγει· Κύριε, Κύριε, τῷ Ἰησοῦ, οὐ πράττων τὰ δούλου. Ὅθεν πρὸς τοὺς τοιούτους φησί. Τί με λέγετε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε, ἃ λ έ γ ω. Παραπλησίως ἐκδέξῃ τό· Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται, τῷ· οὐδεὶς λέγει Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁ-

Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit; modo ne hic intelligantur illi, qui, voluntatem Patris non facientes, Jesum dicunt Dominum, & propterea nomen ejus invocare sibi videntur. Interim nec unum est idemque, invocare nomen Domini, & pronunciare illud. Qui enim precatur, & bono aliquo frui cupit, invocat, cui & consequenter auxilium praestatur. Qui vero simulat se esse servum, Christum compellat: *Domine, Domine;* non autem facit quae servi sunt. Ad illos itaque ait: *Quid mihi dicitis: Domine, Domine; nec facitis, quae praecipio?* Illud itaque quod dicitur: *Quicunque invocaverit nomen Domini, ser-*

A 3 γίῳ.

1) *Luc.* VI, 6. ubi tamen pro λέγετε exstat καλεῖτε.

γίῳ. m) κύριον τοῦ καὶ ἔργῳ καὶ διαθέσει δουλεύοντος αὐτῷ, ἀλλ' οὐ μόνον ψιλῇ προφορᾷ λέγοντος τὸν Ἰησοῦν Κύριον.

vabitur, accipies convenienter isti: Nemo dicit Jesum Dominum, nisi in Spiritu Sancto h. e. Dominum suum, qui & opere & habitu serviat illi, neque nuda nominis pronunciatione Jesum Dominum appellet.

Στ. κβ'. Ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον.

Εἰ καὶ μανέντες ἀπὸ Ἀρτεμᾶ, n) οἷς ἠκολούθησαν καὶ οἱ ἀπὸ Σαμοσάτων, o) οἴονταί ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Ἰησοῦν διὰ τὴν προκειμένην λέξιν, ἴστωσαν, ὅτι τοῦ θεοῦ υἱὸς, θεὸς λόγος ὤν, ἄνθρωπος γέγονε,

Vers. 22. *Virum a Deo demonstratum.*

Quod si illi, qui delira *Artemæ* dogmata sectantur, cumque iis *Samosateniani*, Jesum pro nudo homine ex verbis hic propositis reputant; sciant, Dei filium, qui est Deus verbum, hominem factum esse,

δεζά-

m) *Cor.* XII. 3.

n) Ἀρτεμᾶ] Eum veteres nunc Ἀρτέμονα, nunc Ἀρτεμᾶν appellant. Vide B. *Ittigium* de Hæresiarchis p. 261.

o) οἱ ἀπὸ Σαμοσάτων] i. e. discipuli *Pauli Samosateni*, quem Artemonis hæresin amplius ornasse veteres tradunt. Similiter Græci dicunt οἱ ἀπὸ φιλοσόφων, οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, οἱ ἀπὸ Ὀρφέως. Vide *Apollonii* epist. XVI.

δεξάμενος δούλου μορφὴν, ὡς εἶναι τὸν ἐπιδημήσαντα p) Χριστὸν ἄνθρωπον ἅμα καὶ Θεόν· ὥσπερ οὖν ὅταν ὁ Χριστὸς λέγηται Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ q) σοφία, περὶ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ ἀνθρωπείου αὐτὸ ἐκλαμβάνομεν· οὕτε πάλιν, ἐὰν λέγηται Χριστὸς τεθνᾶναι καὶ τετάφθαι κατὰ τὰς γραφὰς, r) περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ, οὐχὶ δὲ περὶ τῆς θεότητος ἐκδεχόμεθα· Καὶ ἄλλα γε μυρία τοιαῦτα ἐν ταῖς γραφαῖς εὑρεῖν, ὅθεν ἐὰν ἄνδρα λέγῃ Ἰησοῦν ἀποδεδειγμένον ἀπὸ Θεοῦ σημείοις καὶ τέρασιν, ἀκολούθως αὐτὸ νοοῦμεν τῷ· s) Νῦν με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὅς

suscepta servi forma, ut proinde Christus inter homines versans, Deus pariter sit & homo. Sicut igitur, ubi Christus Dei potentia & sapientia vocatur, de divinitate ejus, non vero humanitate, id accipimus: sic vicissim, quando Christus secundum Scripturas mortuus & sepultus dicitur, de corpore ejus, non vero de divinitate interpretamur. Et hujusmodi permulta in Scripturis invenire datur. Itaque & ubi (Scriptura) Jesum vocat Virum a Deo signis & prodigiis demonstratum, id intelligimus convenienter illi, quod dicitur:

p) ἐπιδημήσαντα] Voces ἐπιδημεῖν & ἐπιδημία de Christi in carnem adventu, ejusque inter homines conversatione a Scriptoribus Ecclesiasticis adhiberi constat. Lege *Suiceri* Thesaurum Tom. I. p. 1163.

q) 1. *Corinth.* I. 24.

r) 1. *Corinth.* XV. 3. 4.

s) *Joh.* VIII. 40.

τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. Καὶ τῷ· t) ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. Καὶ γὰρ ἀκούοντες αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ ἀποδεδειγμένου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λέγοντος· u) Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκε. Καί· x) ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· Καί y) ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· οὐκ ἠλίθιοί ἐσμεν, ὡς περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα λελέχθαι νομίζειν. Εἰπάτωσαν δὲ ἡμῖν οἱ τῆς γνώμης ταύτης, πῶς ἀκούουσιν· z) Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τό· a) ἐὰν θεωρῆτε

Jam vero me interficere studetis, hominem, qui veritatem vobis dixi. Nec minus illi, quando dicitur: *homo plagis subjectus, & infirmitatem ferre gnarus.* Quando enim ipsum illum Virum, a Deo demonstratum, audimus dicentem: *Ita enim Deus amavit mundum, ut filium suum unigenitum daret:* item: *ego sum lux mundi:* nec non: *ego in Patre, & Pater in me;* non tam insipientes sumus, ut de nudo homine ista quidem dici opinemur. Illi itaque, qui sic sentiunt, dicant nobis, quomodo accipiant verba hæc: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui*

τὸν

t) τῷ] ita scribendum putavi pro τὸ. Referri enim hoc debet ad proxime antecedens; ἀκολούθως - τῷ.

u) *Joh.* III. 16.

x) *Joh.* VIII. 12.

y) *Joh.* XIV. 10.

z) *Joh.* III. 13.

a) *Joh.* VI. 62.

τὸν ὑιὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα, ὅπου ἦν τὸ πρότερον. Ου γάρ τι τούτων νοῆσαι εὐσεβῶς δυνήσονται, ἀρνούμενοι τὴν θεότητα τοῦ Ιησοῦ. Πῶς ὁ ἐκ τῆς Μαρίας, ὃν ὑπονοοῦσι ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν, καὶ ἀναβαίνει, ὅπου ἦν τὸ πρότερον; οὐχ ἕξουσιν εἰπεῖν. Ελεγκτέον ἐκ τῆς προκειμένης λέξεως καὶ τοὺς οἰομένους σάρκα μόνον γεγενῆσθαι τὸν Σωτῆρα. Ου γὰρ κατὰ μόνης σαρκὸς, οἰκείως λεχθήσεται ἡ ἀνὴρ Φωνή.

ex cœlo descendit, filius hominis. Quomodo item illa: *ubi videritis filium hominis ascendentem eo, ubi prius erat?* Neque enim quidquam horum pie intelligere possunt, si divinitatem Jesu negent. Quomodo enim Mariæ filius, quem pro nudo homine habent, ex cœlo descendat, quomodo ascendat idem, ubi prius erat? dicere non habent. Ex eodem hoc dicto proposito illi quoque confutandi sunt, qui nudam carnem Salvatorem fuisse censent. De nuda carne vox *ἀνὴρ* (Vir) usurpari certe convenienter non potest.

Στ. κέ. Ότι ἐκ δεξιῶν μου ἐστιν κ. τ. λ.

